



DE
CAVSIS PRIVILEGIATIS

AD

§ 3. Placiti Imperii d. d. 23. Oct. 1775. (quod Imperator
d. 16. Dec. ratum habuit.)

184.

17775.

SVB AVSPICIIS DIVINIS

RECTORRE VNIVERSITATIS EBERHARDINO CAROLINÆ

MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO AC CLEMENTISSIMO DOMINO

DOMINO

C A R O L O

DVCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE REGNANTE REL.

184

15

INCLVTI ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRÆSIDE

VIRO PERILLVSTRI ATQVE MAGNIFICO

DOMINO

GODOFR. DANIEL HOFFMANN

SERENISSIMI DVCIS CONSILIARIO INTIMO

H. T. VNIVERSITATIS PRORECTORE

FAVTORE ATQVE PATRONO ÆTATEM PIE DEVENERANDO

PRO LEGITIME CONSEQUENDIS I. V. DOCTORIS HONORIBVS

DIE SEPT. ANNI VNIVERSITATIS TERTIVM SÆCVLARIS

DISPV TABIT

AVCTOR

EBERHARDVS FRIDERICVS GEORGII

STVTTGARDIANVS

TUBINGÆ ÆRE FVESIANO



I

CANZI PRIVILEGIJ

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

C A R O L O

D A C E M I T E M B R I G E L T T E C C E R E C V A N T E R

H I C Q U A L I C T O R I U M Q U A D I S I S M U C T O R I U M

L R E S I D E

A R G E F E R I A T R I M Q U A D I S I S M U C T O R I U M

D O M I N O

G O D O F R D Y N N E R H O F F M A N N

S E R R I N S I Z I U M D A C I S C O N R I T T R I O I N T I M O

H I T A N I A R R I T T R I S P R O R C T T R I S

P R A T H E R T H A N E P A T H O R A T H A T H E D E P E N E R E A N D O

T H O L E P L I T T I M C O N S E G A N D I S I A D O C T O R I S H O N D R I A S

D I E S E Z E R M A N I N E R S T A T I S T I C S E R T I M S E C U L A R I S

D I S T A T A F E T

A V O T O R

E R R I H A R D A S H R I D R I C A S G E O R G I

T A P I N D E R E K E F A S S I A N O



V I R O
PERILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO
LIBERO BARONI
DOMINO, DOMINO
IOHANNI HENRICO
DE HARPPRECHT

CAMERÆ IMPERIALIS, QVÆ WEZLARIE EST
ASSESSORI SPLENDIDISSIMO
FAVTORI ATQVE PATRONO
SVMMO PIETATIS CVLTV ÆTERNVM DEVENERANDO
OPVSCVLVM HOC ACADEMICVM
CEV DEVOTIONIS SVÆ ET GRATISSIMI ANIMI TESSERAM
EA, QVA PAR EST, SVBMISSIONE
D. D. D.

A V C T O R.



V I R O

P E R F V X S T R I A T L A E G E N T R O S S I M O

L I B E R O B A R O N I

D O M I N O D O M I N O

I O H A N N I H E N R I C O
D E H A R P P R E C H T

C A M E R E I M P E R I A L I S , Q U E M E X A R R I E E S T

A S S E S S O R I S P E K T O R I S S I M O

L A T O R I A T L A E P A T R O N O

S U M M O T I T L A T I C A L A E T T E R N A M D I V A N E R A N D O

O P A S C A R I M H O C A C A D E M I C A M

C E A D E V O T O N S S A E T G R A T I S S I M I A N M I T E S S E R M A

E V , Q A V T A R E S T , S A U M I S S I O N E

D . D . D

A V C T O R

CONSPECTVS DISSERTATIONIS

I. Introitus. §. I.

II. Tractatio ipsa

A) Considerationes generales de necessitate causas quasdam ante reliquias decidendi §. 2. cui

- 1) tum processus sumariorum §. 3.
- 2) tum institutum causarum privilegiatarum inservit, §. 4.

B) doctrina de causis privilegiatis, ubi exponitur

- 1) historia legislationis, §. 5.
- 2) doctrina ipsa, secundum leges hactenus latas, ubi traditur

a) notio causarum privilegiatarum, §. 6. 7.

b) quæstio, quænam sint causæ privilegiatae, definitur, ubi

a) regula generalis proponitur, §. 8.

b) spuriæ a falsis separantur,

a) generatim, §. 9.

b) speciatim

aa) causæ summariae, §. 10.

bb) — extraordinarie, §. 11. quarum

1) natura explicatur, §. 12.

2) differentia a causis privilegiatis demonstratur, §. 13. 14. 15.

cc) — extrajudiciales, & inter judiciales fabbathinæ, &

queæ Befehl-Tisch-Sachen vocantur. §. 16. ubi ostenditur

1) quid circa eas leges disponant §. 17.

2) eas generatim considerant non recte privilegiatas vocari, §. 18.

3) licet ex toto causarum genere quædam privilegiatae

sint, §. 19.

y) vere privilegiatae recensentur, & quidem

a) secundum fundamenta, queæ in legibus occurunt, que sunt

aa) qualitas personarum,

1) miserabilium

2) cameralium, §. 20.

bb) qualitas causarum, quarum

1) aliae ob salutem publicam inter privilegiatas relatæ

sunt, nominatim

a) cause fiscales, §. 21. ex quibus


1) nominantur in legibus

A 2

cau-



- a) causæ contributionum, §. 22.
 b) — exemptionum,
 c) — fractæ pacis publicæ profanæ & religiose, §. 23.
 2) aliae tamen non nominatae eodem privilegio
 gaudent,
 b) causæ, ubi status Imp. jus suum aut facti via
 prosecuti sunt, aut prosequi volunt, §. 24.
 3) diversi lites dominorum territorialium cum subditis suis,
 §. 25.
 2) aliae ob periculum in mora §. 26. (licet mandata
 S. C. generatim privilegiata non sint, §. 28.)
 3) aliae ob recurrentiam privilegio utuntur.
 idem b) nec tamen potestas, plures ex arbitrio præferendi judicantibus ademta est, §. 29. ubi
 aa) ostenditur insignis earum, quas leges nominant, praesi-
 iis, quas partes ex arbitrio addunt, prærogativa, §. 30.
 bb) — cui potestas arbitrandi in ea re competit, §. 33.
 c) de ordine inter ipsas causas privilegiatas observando
 aa) generatim §. 31.
 b) speciatim ex follicitura non pendente, §. 32.
 d) de relatione ordinis personarum & causarum inter se, §. 34.
 3) de objectis novæ, quam expectamus, legislationis, in qua
 a) causarum ordinariarum neglectui medela afferenda §. 35. quod
 a) vel instituto plurium Assessorum Cameræ, §. 36.
 b) vel intermisendo relationi causarum privilegiatarum ordinaria-
 rias, fieri posset, §. 37.
 b) quoad causas privilegiatas
 a) de emendatione legum veterum, §. 38.
 b) quid noviter circa eas statuendum sit?
 aa) utrum causæ privilegiatae augendæ, an minuendæ? §. 39.
 bb) si augendæ
 1) separandæ sunt, uti hactenus
 aa) causarum summarizæ, §. 40.
 b) extrajudiciales, Sabbathinae & quæ Bescheid-Tisch-
 Sachen vocantur §. 41.
 2) fundamenta exponuntur
 a) causarum §. 42-45.
 b) personarum §. 46.
 3) de Clasificatione causarum privilegiatarum, §. 47-50.



INTROITVS.

§. I.

Ordo, quem in referendis & decidendis causis leges antiquis Judicem & Assessores Camerae Imperialis sequi voluerunt, licet Placito Imp. d. d. 23. Oct. 1775. ratihabito ab AVGVSTISSIMO d. 16. Dec. ejusdem anni restauratus fuerit, atque de novo stabilitus: nondum tamen tota ea res ita est absoluta, ut nihil, cuius accuratior determinatio jure desiderari possit, hodie superesset. Quamvis enim veteres illas de causis privilegiatis reliquis præferendis leges dictum Imp. placitum confirmaverit, nondum tamen, quænam causis privilegiatis de novo addendæ, quo ordine haec ipsæ se invicem excipere debeant, Augustissimus & Imperii status determinarunt, sed audiendum prius Collegium Camerale, & quæ superiori anno Wezlaria discessit, Visitationis concessum esse decreverunt. a) Novam itaque legislationem ea res adhuc expectat, quam eo ardenter omnes optare solent, quo certius est, hac deficiente ordinem in referendo, cui tam insignem Visitatio novissima impendit operam, nondum ex omni parte accuratum dici posse atque perfectum.

Liceat mihi interim, cum nova lex nondum lata sit, hanc de causis privilegiatis doctrinam, cuius momentum nemo rei statusque Cameralis judicii gnarus inficiabitur, paullo latius pro-

segui. Quam quidem tractationem non omni deſtitutam fore utilitate, eo magis sperare poſſum, quum, qui ex iſtituto hanc materiam jam pertraftaverit, euidem ſciam neminem. b) Duabus tota haec diſputatio partibus conſtabit. Quarum prior, quid leges Cameraleſ haſtenus latæ de cauſis privilegiatiſ præcipiant, explicabit, posterior vero iis, quæ ad novam legiſtatiōnem pertinēt, occupabitur.

a) En verba §. 3. Placiti Imperii des Reichs Gutachten vom 23. Oſt. 1775.
 „Ueber die Beſtimmung der Classification der geſreiten Sachen, und
 welche Sachen weiter zu dieser Begünſtigung, auch in was Ordnung
 ſolche zuzulaffen feyn möchten, wäre das Bedenken des Cammer-Ge-
 richts, und über folches das Gutachten des Visitations-Confeſſes zu
 vernehmen, und zu dem Ende Ihro Kaiserl. Maj. um deren Abforde-
 rung allerunterthünigſt zu belangen.,“

b) Conf. tamen imprimis ill. MOSERVS von der Teutſchen Juſtiz-Ver-
 fassung II. Thl. Lib. IV. Cap. 8. §. 22. seq. & b. TAFINGER in Iſtitu-
 tut. Jurispr. Camer. edit. nov. T. II. Sect. IV. Tit. 1. §. 718. 719.
 Varia quoque, quæ ad hanc materiam reſerbi poſſunt, continent;
Vifit. Bericht d. d. 16. Jul. 1768.
C. G. Bericht d. d. 13. Jan. 1769.
Vifit. Bericht d. d. 15. Dec. 1769.
 in materia turni & recurrentiæ licet, quæ ibi inveniuntur, proprie-
 ad relationem faltem ordinis Persoparum & Caufarum in referendo
 inter ſe pertineant.

SECTIO

A

S E C T I O I.

*De Causis privilegiatis secundum leges Camerales
hactenus latas.*

§. II.

Considerata in universum omnium civitatum conditione, nihil fane fini constitutæ reip. magis convenit, quam ut summum Summus Imperans in eo collocet studium, ut promptissime in qualibuscunque civium causis iustitia administretur, omnesque ideo rescindantur ambages, quæ quocunque modo causarum decisioni moram injicere possunt. Cum vero ipsæ inter se differant lites, majusque ex unius, quam alterius protractione saluti reip., majus rebus privatorum damnum immineat, naturale fane est, unam magis alterā attentionem legislatoris celeremque mereri expeditionem. Quod cum legum conditores probe agnoscerent, curæ ipsis fuit, ut certæ citius reliquis ad finem perducerentur causæ. Duobus hoc potissimum perficitur modis: cum in certis causis aut modus procedendi brevior præscribitur, aut judici singularis in sententiis ferendis diligentia commendatur.

§. III.

Processum summarium, cuius ea natura est, ut inter actus judicis decisionem antecedentes & præparantes ii absint, qui ex actioni quidem causæ tractationi inserviunt, nec tamen essentiam judicii ingrediuntur, Romanis jam cognitum suisse, satis ex distinctione cognitionum in ordinarias & extraordinarias patet, quam, abrogato licet judge pedaneo, a) nihilominus adhuc va-

luisse

luisse arbitror. Magis tamen ille Jure Canonico in Clem. sœpe de V. S. stabilitus, doctorum postea, quibus mirum in modum placuit, ingenio magnopere extensus fuit, cum partim differentiis Causarum summariarum & ordinariarum, *b)* partim ipsis Causis summariorum *c)* insignem numerum, quem leges ignorant, adderent. Ceterum de causis summariorum me hoc unum observare sequentia postulant, varia admodum esse earum fundamenta, eaque vel in personarum, vel causarum niti qualitate, ita, ut non tantum salus reip. periculum in mora, sed alia quoque, liquiditas v. g. causæ, levitas ejus & modicitas eo sint referenda. *d)*

a) 1. 2. Cod. de judice pedan.

b) Vid. de vanis his differentiis LVDOLF. de Jure Cam. edit. nov. p. 62. 72. licet omne prorsus differimen inter causas ordinarias & summarias, legibus quippe stabilitum, cum eo tollere non auderem.

c) ita, qui apud CARPZOVIVM in Processu Jur. Saxon. 1675. p. II. allegatur JACOBVS SCHVLTESIVS in Obs. 150. causas summarias refert.

d) Conf. qui hæc fundamenta curate exposuit, JOH. ANDR. FROMMANN in Diss. de differentiis actionum ordinariarum & summariarum. Tub. 1684. §. 23-50.

§. IV.

In Imperio Rom. Germanico modus procedendi in certis causis summariorum una cum jure communi receptus est, ideoque ut in summis Imp. tribunalibus, quatenus processus eorum permittit, observandus: Sed novas plane Juri Romano & Canonico, si recte existimo, prorsus incognitas sanctiones leges ordinariarum summariorum Imp. tribunalium stabilientes continent, quæ, licet pariter ad celeriorem causarum quarundam expeditionem pertineant, hanc tamen non ordine judiciario brevi & sum-

mario, sed Judicis potius singulari in sententiis ferendis diligenter perfici volunt. Cum nempe ea sit Judiciorum Imp. conditio, ut æqua inter Causarum ibi pendentium multitudinem, numerumque judicantium non observetur proportio, effectum inde fuit, ut æquale omnibus causis in decidendo jus dari non potuerit, sed eæ potius reliquis præferri debuerint, quarum conditio celeriorem expeditionem efflagitat.

Natum inde speciale quoddam Caussarum privilegium, orta hinc denominatio Caussarum privilegiatarum, quarum hoc jus est singulare, ut ante omnes alias decidi debeant. Cujus rei quænam sit in Camera Imp. ratio, ulterius jam mihi explicandum erit.

§. V.

De Causis privilegiatis nihil O. C. antiquiores distinctius præcipiunt. Licet enim judicio Camerali vix constituto, tot statim in illud causæ deductæ fuerint, ut omnibus decidendis parvus Assessorum numerus a), quamquam improbe laborantium, impar esset b), nihil tamen O. C. antiquiores continent, quod ad officium Assessorum in præferendis certis causis pertineat. Prima enim mihi quidem oblata est O. C. de 1521, quæ ordinem caussarum in decidendis illis observandum stabilit, dum causas ratione temporis, quo ad sententiam partes se submiserunt, antiquiores, reliquas noviores in decisione antecedere debere, jubar c). Nullam tamen ante R. V. de 1533. legem invenire licuit, quæ nominatim speciale caussarum genus præ reliquis matutandum Judici & Assessoribus commendaret. Non ignoro quidem Causas istas extraordinarias, quas jam O. C. de 1508. Tit. 6. exhibet, O. vero C. de a. 1521. Tit. 19. §. 3. & 4. privilegiatas nomi-

B

nomi-

nominat, quas vero consilio hic prætero, cum, eas ad nostrum non pertinere institutum, infra sim demonstraturus. Primus igitur R. V. de 1533. certum causarum genus privilegio donavit, qui lectores, ut causarum executionis distributioni præ reliquis follicite invigilent, admonet d). Cui adjungendum Memor. Visit. ad Judicem & Assessores eodem anno datum, causis spoliis §. 7. prærogativam præ reliquis in expediendo concedens.

Sed clarius jam O. C. de 1555. e) ordinem causarum determinat, jubetque, ut *omnes causæ*, singulare prærogativa in legibus donatae, reliquis præferantur. Ipfa tamen O. C. paucas nominatim iis privilegiatis, quas jam commemoravimus, addit, sed R. demum V. de 1556. insignem earum exhibit catalogum f). Quibus si quæ postea accesserunt, Recessibus quibusdam Imp. & Visit. & ipsi denique Capit. Cæf. debentur. Insigne enim licet studium Legislatorum & Visitatorum in commendandis generatim Judici & Assessori causis privilegiatis leges post R. V. de 1556. latæ probent, paucæ tamen iis, quas R. V. commemorat, postea additæ sunt. Illud hoc loco præterire nequeo, etiam ordinatiōnem judicij Rothwilensis de 1572. paucissimis verbis dispositio-nes O. C. de ordine causarum in referendo repetere g).

Ordinatio Judicij Aulici h) paullo prolixius hanc materiam tractat, & in licet pleraque ex O. C. eam relata sint, quædam tamen, quæ in ea non reperiuntur, continent.

a) Novem saltim Assessores initio jud. Cam. constitutos fuisse docet L. B. de HARPPRECHT *Staatsarch.* T. II. §. 42.

b) Idem Perill. Auctor ibid. T. II. §. 91.

c) Tit. XXV. §. 2. „Weiter, so ist unser Befehl und Meinung, daß die „erst beschlossene Sachen auch zum ersten, so viel möglich, jederzeit mit Urtheil entschieden werden.“

d) §. 4.

d) §. 4. „und soll der Lefer ein gutes Auffsehen haben, daß foiche beschloß
„jene, entschiedene, und Executions-Sachen ad referendum förderlich
„übergeben werden.“

e) P. I. Tit. X. §. 8.

f) §. 5. „und sollen alte und neue Sachen, es seyen End- oder Beurthei-
„le, ordentlich nach einander, und besonderlich die hochwichtigsten, und
„älteste von denen Assessoribus, denen sie zugestellt, referirt, also daß
„Causae alimentorum, miserabilium Personarum, pupillorum, fratiae
„pacis, Captivorum, Executionum, und andere, da periculum in mo-
„ra, den Rechten und der Billigkeit nach den andern vorgezogen werden.“

g) P. III. Tit. 16. in SCHMAVSS. Corp. J. P. edit. noviss. p. 323.

h) Tit. IV. SCHMAVSS. p. 925.

§. VI.

Ad rem ipsam progredior. Cum igitur de causis differeo pri-
vilegiatis, eum, quo in Plac. Imp. accipiuntur, sensum sequor,
sub eis tales intelligens, quas, licet tanquam noviores antiquo-
ribus essent postponendæ, nihilominus ante reliquas a Judice &
Assessoribus decidi leges volunt. Illud enim regulæ instar firmi-
ter observandæ præcipitur, ut, prout causa quædam ratione tem-
poris, quo ad sententiam partes se submiserunt, antiquior est,
ita ante omnes reliquas proponi & expediri debeat. Videatur
de ea re O. C. de 1555. a), quæ Præsidio inculcat, ne unquam
Assessorum unum hunc ordinem turbare, causamque noviorem
antiquiori præferre patiatur. Ipsa tamen eodem loco O. C. se-
quentes ejus regulæ tradit exceptiones: cum 1) Assessor iste,
quem ordo referre jubet, correferentis tantum munere in causa
omnium, quas habet, antiquissima fungatur. 2) causa recentius
conclusa spolium attingat, aut alias vi legum & hujus ordinationis
privilegiata sit. 3) aut denique rationes, ab Assessore causam
novio-

noviorem prælaturo, allegatae Præsidio & reliquis Senatus membris probatæ fuerint.

a) P. I. Tit. X. §. 2. & 8.

§. VII.

Cum igitur certissimum sit, dari cauſas noviores, vi privilegii antiquioribus in decidendo præferendas, cum tam multæ leges, Rec. præsertim & Mem. Vis. Cauſas privilegiatas antiquissimis æquiparantes a), Judici & Præsidibus commendent, ut in Senatibus, quorum præsidium gerunt, antequam cauſa qualisunque proponatur, utrum vel antiquissima, vel certe privilegiata sit, ſollicite examinent b), præcipua jam, quænam ad posteriores fint referendæ? examinanda venit quæſtio.

a) Non recte cauſæ antiquissimæ privilegiatae vocantur, cum illæ non ex juris singularis s. privilegii ratione ante reliquias decidi debeat.

b) C. O. C. P. I. Tit. XI. §. 7. „derowegen auch ein jeder Praefident in seinem Rath vor Anfang der relation zeitlich beim Referenten erfahren soll, in was Sachen er zu referiren gefaßt, --- darnach --- ſich erkundigen, ob dieselbe Sach --- ſeine älteste oder eine gefreite, so vor andern billig zu referiren, und den andern vorzuziehen ſeye., Idem præcipiunt Mem. Vis. ad J. & A. de 1571. §. 10. de 1574. §. 1. de 1575. §. 3. de 1572. §. 13. de 1581. §. 3. de 1600. §. 1. R. V. de 1713. §. 64.

§. VIII.

Illud me ante omnia monere oportet, legum, quæ ad Ordinem Camere judicarium spectant, auctores non tam ſollicite, quam jure quidem id desiderari potuiffet, in ea re versatos fuiffe: cauſas enim summarias, extraordinarias, & quæ nostri ſunt instituti non ſatis ſollicite diſtinxiſſe videntur. Jura quidem his omni-

omnibus singularia insunt, quæ ad maturationem earum in iudicio pertinent: illa tamen, cum ipsa inter se differant, a neutro ad alterum valet consequentia. Determinaturo itaque, quænam causæ nostro sensu sint privilegiatae, unice illud erit attendendum, an leges Judicium & Assessores eam in decidendo reliquis præferre jubeant a). Quam quidem regulam in juris singularis ratione, quod ubique certitudinem, clara legum verba requirit, fundatam eoque firmius observandam esse puto, quo majus hodiernus Judicii Cameralis status, parvusque judicantium numerus prærogativa tali momentum addit.

- a) Sæpe leges non directe quidem causæ in decidendo prærogativam exprimunt, sed aliis idem denotantibus utuntur locutionibus: cum v. g. Judicem & Assessores celeriter (*schleunig*) in causa quadam procedere, vel eam færderlich expedire jubent. Nescio sane, quidnam aliud, quam causæ in decidendo prærogativam hæ locutiones denotare possint? Quod præter alias leges R. V. de 1567. §. 9. non obscurè probare videtur, ubi præcipitur: "daz obangezogene Sachen" exemptionum hinführō ordentlich referirt, und zugleich dieselbe færderlich expediert werden mögen" patet, ni fallor, ex coniunctione duarum locutionum *ordentlich* referirt, & *færderlich* expediert, per posteriorēm non eam modo judicantibus diligentiam, quam in omnibus omnino causis adhibere debent, sed singularem prorsus, quæ specialem cause hujus prærogativam continet commendari.

§. IX.

Quæ cum ita sint, spuriæ primo Causæ privilegiatae a veris mihi separandæ erunt. Primo enim cavendum, ne ex solo vocabulo, *privilegiirt*, *gesfreit*, tale jus, de quo hic nobis sermo est, deducatur. Latiori illud sumitur sensu, vel strictiori: ibi omnes sub se comprehendit causas, quarum vel Processus, vel decisio

magis reliquis maturanda: summarias itaque, extraordinarias, (de quibus postea speciatim) & eas, quæ nostri sunt instituti. Exempla ejus rei non desunt: mandati enim Processus summarius vocatur atque privilegiatus: a) extraordinariæ quoque in variis legibus b) privilegiatae audiunt. Eas vero huic Clasti nihilominus haud esse accenfendas, statim probabo.

a) R. D. de 1600. §. 49.

b) O. C. de 1521. Tit. XIX. §. 3. 4. O. C. de 1555. P. III. Tit. 2. C. O. C. P. III. Tit. 2. pr. R. J. N. §. 88.

§. X.

Quod itaque speciatim Causas summarias attinet, jure suo nemo sane postulare potest, ut probata causæ suæ tanquam summariae qualitate, illa ideo inter privilegiatas referatur. Privilium enim processus summarii cum jus sit a prærogativa in decidendo diversum, a neutro ad alterutrum jure concluditur. Objici mihi forsan posset, ipsos O. C. auctores eo in loco a) ubi de præferendis certis causis loquuntur, Causas summarias pro privilegiatis, pro talibus declarare, quæ, licet noviores, arbitrio tamen præsidii & assessorum, reliquis præferri possint. Jus commune ibi sub juribus, quæ quibusdam causis præ cæteris favent (*vermæge der Rechte — begünfiget*) intelligi, favorem hunc secundum contextum necessario ad accelerationem causæ pertinere, alium vero modum, causæ finem accelerandi, quam processum summarium, jus commune ignorare. Hoc igitur legis auctores voluisse, ut causæ, quæ beneficio processus summarii utuntur, etiam nostro sensu privilegiatae sint. Verum licet concedere possim, respexisse eo in loco O. C. auctores ad causas

fas summarias, nihilominus a regula initio §. tradita discedendum mihi esse non arbitror. Sine dubio in mente ipsis illæ causæ summariae fuerunt, quarum processus iisdem ex rationibus, quæ Causas anté reliquas decidi suadent, Jure Communi accelerari debet, & has, licet noviores antiquioribus præferri voluerunt: sed omnes omnino causas summarias eadem prærogativa dignas ab O. C. auctoribus judicatas fuisse, nullo modo, ut credam, adduci possum. Sunt nimurum quædam processus summarii fundamenta, quæ a prærogativa in decidendo prorsus aliena sunt, levitas v. g. & modicitas causæ: quis vero crederet, his quoque privilegium datum fuisse? Cum itaque, quod indubitatum esse puto, alienum fuerit a mente legis auctorum, omnes causas summarias privilegio ratione decisionis donandi, singulæ certe causæ nunquam sine formidine oppositi privilegiatis accendi poterunt, cum tamen in jure singulari voluntas legislatoris extra omnem dubitationem posita esse debeat. Ceterum id, quod supra afferui, hic passus demonstrat, non tantam follicitudinem, quam jure quidem optari possit, legis auctores ubique adhibuisse.

a) O. C. P. I. Tit. X. §. 8. „da aber die neu beschloßene Sache --- vor andern vermöge der Rechte privilegiirt und beginñigt.“

§. XI.

A causis privilegiatis, quales Placitum Imp. novissimum intelligit, separandæ tertio causæ, quas extraordinarias vocat, consignatasque exhibit O. C. a). Erat hæc opinio auctoris

der unmaßgeblichen Vorschläge, die Visitation, und die Beförderung des Justiz Wesens am L. G. &c. betreffend 1772.

p. 45-51.

cau-

causas istas extraordinarias easdem esse, quibus alias in deciendo prærogativa data seit, ordinemque, quo Tit. 3. C. O. C. hæ causæ se invicem excipiunt, instar distributionis in Classes esse, quam Judex & Assessores in distribuendis, elaborandis & decidendis causis privilegiatis sequi debeant b). Jure vero, uti mihi quidem videtur, refutatus fuit *in der Prüfung der ohnmasgeblichen Vorschläge*, 1772. p. 45. seqq.

a) O. C. de 1555. P. III. Tit. 2. C. O. C. P. III. Tit. 3.

b) En ejus verba §. 19. p. 45. „die Austheilung der Akten --- wäre „dem Cammer-Richter weiterhin anheim zu lassen, um solche nach „Maasgaab der Ordnung zu vollbringen. Die disfallige Ordnung „aber dahin klar auszudrücken, daß nach denen fiscalischen Sachen an „förderst die Causæ privilegiatae, und diese zwar nach deren in der C. G. O. P. III. Tit. 3. bemerkten Ordnung distribuirt werden“, & §. 24. p. 51. „in diesem (ordine personarum) hätte ein jeder der Beisitzer die ihm zugetheilte Sachen, und zwar die privilegierte nach der „Ordnung, wie folche in der C. G. O. P. III. Tit. 3. bemerket --- zu „referiren.“

§. XII.

Quænam igitur harum Causarum extraordinariarum ratio sit, ut distincte exponam, ratio instituti jubet, ubi duo potissimum mihi probanda erunt:

1.) Causas extraordinarias plane differre a privilegiatis nostro sensu.

2.) Ordinem illum Tit. 3. male pro classificatione Causarum privilegiatarum haberi.

Causæ nimirum in judicio Camerali pendentes ante R. J. N. respectu ad tempus, quo recessus in audientiis proponendi erant; habi-

habito, in ordinarias & extraordinarias dividebantur. His, quorum cursum magis reliquis accelerari voluerunt legislatores, audiētiæ destinatæ erant extraordinariæ, quibus hæc data erat prærogativa, ut quatuor hebdomadis diebus haberentur, cum ordinariis duo tantum dies supereffent a). Cum vero (abrogatis veteribus contumaciarum ordinibus) tres illo tempore recessuum ordines, sententiarum novarum, & præfixarum essent constituti, b) ad unicum præfixarum ordinem, illa Causarum divisio pertinebat, in reliquis, cum ordinariæ ab extraordinariis non essent distinctæ, mixtum omnes proponebantur c). Præfixarum ordo is vocabatur, in quo agebantur ea, quibus terminus vel a Judice vel ab ipsis constitutus fuerat procuratoribus, inque audiētiis ultimus erat ordinum, ad quem tum demum, cum in reliquis nihil agendum supererat, perveniebatur.

Finis vero separationis Causarum extraordinariarum a reliquis causis non obtineri poterat, cum fere omne Audiētiarum tempus Novarum ordini impenderetur, totusq[ue] Præfixarum ordo vix biennio inter Procuratores circumageretur, partim inutiles Procuratorum, utrum Causa ad extraordinarias, an ordinarias sit referenda, altercationes illarum maturationi quam maxime obeffent. Qua re effectum est, ut votis Cameralium satisfacti Legislatores in R. J. N. veteri illa distinctione inter causas ordinarias & extraordinarias abolita, omnes Causas hactenus in præfixarum ordine propositas in Novarum ordine in posterum proponi juberent.

a) C. O. C. P. III. Tit. 2. pr.

b) ibid. Tit. V. pr.

c) ibid. Tit. 2. §. 1.

18

d) §. 88. „die Unterscheidung der ordinari und extraordinari Präfix Ordnung sollen hiemit gänzlich aufgehoben seyn, und in eine Ordnung novarum gezogen werden.“ Conf. Neurodes Erläuterung des jüngsten R. Absch. p. 351.

§. XIH.

Patet exinde, singularem olim hoc genus Causarum favorem expertum, earumque in audientis maturationem præ reliquis Llatoribus curæ suisse: nec tamen cum Auctore der ohnmasgebl. Vorschläge inde colligere licet, easdem, quæ in audientis, in decidendo quoque esse privilegiatas.

1.) Enim ratio juris singularis, saepius allegata, hic quoque recurrat, quod nisi expressa lege nitatur, nisi Judex & Assessores causam quandam reliquis præferre jubeantur, fundamento defitutatur. Tale vero præceptum nullibi inveniri, non est, quod mireris, cum totus ille Tit. 3. reliquique omnes, qui de causis extraordinariis agunt, solum procuratorum, non Judicis & Assessorum determinent officium, ipsaque lex innuat, eo fine factem hanc suisse proditam configurationem, ut sciant Procuratores, quibusnam causis extraordinariæ destinatæ sint Audientiæ a). Si etiam privilegiatae nostro sensu essent, nescio sane, qua re Concepti Auctores commoti fuerint, ne eo in loco, ubi de præfrentia caufarum in decidendo agunt, se ad hanc caufarum configurationem referrent, ne extraordinarias pro illis, quæ reliquis in decidendo præferendæ sint, declararent? explicare nequeo, qui finis enumerationis illius caufarum sit, quæ C. O. C. P. I. Tit. 12. §. 3. occurrit! cur illas ab Extraordinariis separaverint? cur multe ibi sint nominatæ, quæ inter extraordinarias rela-

relatae fuerunt? Nonne his omnibus luculentissime indicant, duo sibi in mente esse privilegia, diversa prorsus, nec inter se invicem confundenda? cum

3.) denique R. J. N. totam illam causarum in extraordinarias & ordinarias divisionem abrogaverit, neque quidquam continat, ex quo distinctionem propter privilegium in decidendo nihilominus valere debere deduci posset, omnem Tit. IIII*tii* usum hodie sublatum esse, patet. Nihil prorsus totus ille R. J. N. §. 88. continent, b) quod ad nostrum institutum trahi posset. Licet enim causarum privilegiatarum mentionem faciat, licet, ne nova lege mora ipsis iniciatur, caveat, novaque, quibus id præcaveri possit, proponat remedia: haec omnia tamen ad solas causas, quæ hucusque extraordinariae fuerunt, ad modum propoñendi in audientiis, non vero decisionem causarum in fenantibus pertinent.

a) C. O. C. P. III. Tit. 2. §. 2.

b) R. J. N. §. 88. „damit aber eins mit dem andern nicht confundirt, sonderlich aber die cause privilegiata nicht gefehlt werden. Et.

§. XIV.
Neque vero, ut contrariæ accedam sententiae, eo commovor, quod

1.) causæ haec privilegiatae, *gesfreite*, dicantur a). Quis enim ignorat, sensum vocis hujus esse latissimum, totiesque eam adhiberi, quoties jus quoddam adest in causa singulare? Singularis itaque prærogativa, quod huic causarum generi extraordinariæ destinatae fuerint audientiæ, denominationis ejus rationem continent. Ex solo nomine jus deduci nequit, quis enim

—————
—————

contenderet, duas res, quæ iisdem nominibus utuntur, iisdem
ideo uti juribus?

2.) Quod præ reliquis maturandæ dicantur b). Hic enim non de causarum decisione, sed propositione earum in audienciis maturanda esse sermonem, contextus docet. Nonne vero ex hoc legislatorum erga causas extraordinarias studio, eas tam ratione processus, cuius accelerandi causa plus ipsis temporis, quam ordinariis causis in audienciis destinatum erat, quam decisionis privilegiatas esse, jure concluditur? quid juvat, processum fuisse acceleratum, si decisionis dilatio, quo minus ad finem causa perducatur, nihilominus obstat? Responsio ex iis, quæ saepius de juris singularis natura dicta sunt, repetenda, ad quod probandum non argументa ex sola rationis paritate petita sufficiunt, sed expressa legislatoris declaratio requiritur.

3.) Forsan etiam O. C. de 1555. mihi obmovebitur, eas causas noviores antiquioribus præferre jubens, quæ vi hujus ordinationis privilegiatae sunt c). Vbi igitur illas invenias? ubi alia earum præter hanc, quæ P. III. Tit. 3. occurrit, consignatio? Verum, licet concedam, eas, quæ vere privilegiatae sunt, nec uno loco in O. C. de 1555. collectas inveniri, nec tum temporis multas jam in earum numerum fuisse relatas, quod nempe R. demum Vif. de 1556. factum est, non defunt tamen, ad quas illo in loco legis autores respicere poterant, causæ v. g. spoliij, specialium constitutionum, fractæ pacis, fiscales, executionum. Certe, si contrarium exinde quis elicere vellet, nudis conjecturis ibi ageret, ubi certitudo, ubi expressa legis dispositio summo jure desideratur.

a) C.

- a) C. O. C. P. III. Tit. 2. pr. „auch causæ extraordinariæ, so vermöge dieser Ordnung gefreit seyn sollen. &c.
 b) ibid. „auch causæ extraordinariæ → für andern gefördert werden.
 c) O. C. de 1555. P. III. Tit. 47. §. 3. „weiter ist unser Befehl und „Meinung, daß die erst beschloßene Sachen auch am ersten, so viel möglich, jederzeit mit Urtheil entschieden werden, doch soll der Cammer-Richter in dem gebührlichen Einsehen thun, damit causæ fractæ pacis, die spoliæ, executionis, und andere gefreite Sachen für andern gefördert werden.“

§. XV.

Si itaque, quod hactenus probavi, Causæ extraordinariæ plane a privilegiatis nostro sensu differint, si nemo litigantium ex eo fundamento, quod causa sua inter extraordinarias fuerit relata, ut in decidendo quoque reliquis præferatur, jure suo postulare potest, certe nec ordo iste Tit. 3. instar classificationis erit, in distribuendis & referendis causis observandæ. Est hæc potissimum opinio illa, cui refutandæ operam suam impedit Auctor der Prüfung l. c. cuius argumentis cum de meo nihil adjicere possim, paucissimis faltem præcipua hoc transferre liceat.

Fortissimum sane illud est argumentum, quod vix credibile sit, O. C. autores ordinem, quo causæ privilegiatae se invicem excipere debeant, tam parum ad eam rem idoneum stabilituros fuisse. Quid enim ineptius foret, quam causas appellationum, unde quarum devolutione vel desertione disceptatum fuit, iis imponere, ubi periculum in mora & damnum irreparabile imminent?

Alterum ab Auctore der Prüfung contra opinionem illam prolatum argumentum illud est, quod ne in ipsis quidem audi-

entis, ubi in prælegendis recessibus procuratores ordinem, in C.O.C. P. III. Tit. 5. §. 1. præscriptum a), non eum, qui Tit. 3. continetur, sequi debuerint, classificatio ita, si talis esset, aliquid valere potuerit. Sed non omni mihi exceptione majus videtur. Cum enim divisio causarum in ordinarias & extraordinarias ad solum præfixarum ordinem pertinuerit, ordo Tit. V. §. 1. stabilitus salvus esse poterat, licet in Præfixarum ordine cause ex norma Titulo III. P. III. præscripta se invicem exciperent.

a) C. O. C. P. III. Tit. 5. §. 1. „wir sezen, ordnen und wollen, daß „nun hinführō in einer jeden gerichtlichen Audienz --- drei Unfragen „beflischen sollen: die erste, ob jemand auf die eröffnete Urtheile zu hand- „len, die andere, ob jemand in neuen Sachen, novis genannt, etwas „fürzubringen; die dritte, ob jemand durch Urtheile zu handlen auf- „erlegt, oder sonst seiner eigenen Bewilligung nach zu handlen schul- „dig, genannt in præfixis.“

§. XVI.

Ad eas jam progredior leges, quæ ad Judicis & Assessorum in ferendis sententiis & decretis officium spectant. Duplex potissimum causarum, quæ judiciali subjiciuntur cognitioni, judicialium nempe & extrajudicialium genus esse, inter omnes constat. Hic, utrum processus decernendi, an denegandi, ibi, quomodo in causa in judicio ventilata pronuntiandum sit? quæriatur. Causæ judiciales in tres abeunt species, divisionis fundamento a modo & tempore, quo in senatus referuntur, petito. Prout nempe incidens punctum, vel majoris, vel levioris momenti decisionem expectat, causa judicialis vel sabbathina erit, vel talis, quæ *Befcheid-Tisch-Sache* vocatur: quibus quidem eæ opponuntur, quæ sententiam definitivam, vel interlocutoriam vim definitivæ habentem expectant.

§. XVII.



§. XVII.

Monendum igitur mihi quarto, causas extrajudiciales, sabbathinas, & quæ *Bescheid-Tisch-Sachen* vocantur, generatim consideratas in Plac. Imp. nov. sub privilegiatis non intelligi. Hæ quidem causæ ita a reliquis sunt sejunctæ, ut, cum separatum proponendis illis in legibus tempus destinatum, tum, quia celerrime expediri debent, multo angustius temporis spatiū ad relations in causis Sabbathinis & extrajudicialibus elaborandas Assessoribus concessum fuerit. Quod ad r̄num attinet, supplications ab ordinariis Senatibus, definitivis & interlocutoriis majoris momenti destinatis abesse, sed alio potius tempore expediri jubentur a). Sabbathinæ singulis Sabbathi diebus, unde nomen ducunt, aut in aliis extraordinariis Senatibus tractandæ b), *Bescheid-Tisch-Sachen* denique, cuiuslibet Assessoris, qui a laboribus in ordinariis senatibus vacat, curæ demandatae sunt c). 2)do decreta ad supplicas ne tres quidem vel quatuor dies differri d), Sabbathinæ vero relations spatio octo vel quatuordecim dierum sunt circumscriptæ e), cum contra definitivis relationibus sex menses dati fuerint f).

Neque levibus sane rationibus ducti sunt legislatores, cum celerrimam harum cauvarum expeditionem Judici & Assessoribus commendarent. Multæ, quæ id suadent, in extrajudicialibus concurrunt rationes, executionis per interpositam appellationem, suspensio, periculum ex mandatorum dilatione metuendum, personarum Cancellariae sustentatio, &, quæ sunt hujus generis aliæ. Puncta incidentia ideo maturari voluerunt, ne procellium cursui mora injiciatur.

a) o.

a) O. C. de 1555. P. I. Tit. 10. §. 17. C. O. C. P. I. Tit. 13. §. 2. ex hodierna quoque judicij praxi extrajudicialibus separati dies, lunæ nempe & martis destinantur.

b) C. O. C. P. I. Tit. 12. pr. a quo tamen hodierna recepit observantia.

c) C. O. C. P. I. Tit. 14. §. 6. quam decretorum mensam a Visitatione a. 1769. restitutam fuisse, docet b. D. TAFINGER T. I. Sect. I. Tit. 14. §. 328. not. 9. Id quod confirmavit Plac. Imp. §. 21.

d) O. C. de 1555. P. I. Tit. 10. §. 17.

e) C. O. C. P. I. Tit. 23. §. 1.

f) ibid. P. I. Tit. 23. §. 3.

§. XVIII.

Possent quidem hæ causæ privilegiatae vocari, quatenus celerime expediri, indeque licet noviores, ante eas, quæ definitivam, vel vim definitivæ habentem expectant sententiam, decidi debent: neque tamen, si eum vocis sensum servare velis, quem Plac. Imp. noviss. sequitur, proprie hanc denominationem merentur. Supra monui, separatum his decidendis causis tempus fuisse destinatum: sed jus illud, quod causis quibusdam nomen privilegiatarum conciliavit, causas a se invicem ratione temporis non sejunctas, ita inter se collidentes supponit, ut idem tempus, quod ex regula generali jure suo postulare posset causa antiquissima, jam per modum exceptionis decisioni novioris privilegiatae impendatur. Suppositis vero (quod quidem ex dispositione legis omnino possum, licet forsan in quibusdam praxis judicij recesserit, separatis temporibus, nunquam quæstio incidere poterit, an v. g. relatio causæ sabbathinæ novioris causæ definitivam expectanti antiquiori sit præferenda?

§. XIX.

§. XIX.

Illud vero certum est, etiam inter causas extrajudiciales, sabbathinas, & quæ *Bescheid-Tisch-Sachen* vocantur, dari tales, quæ præ reliquis ejusdem speciei maturandæ, ideoque nostro sensu privilegiatae dici merentur. Neque me errorem admissum puto, si has ponam regulas, quod

a) quotiescumque generaliter leges causam quandam in decidendo reliquis præferri jubent, toties hæc prærogativa, non ad definitivas solum, sed ad quævis puncta incidentia, immo etiam supplicas expediendas pertineat. Huc, nisi fallor, collineat Mem. Vil. ad Judicem & Assessores de 1557. quod §. 14. in causis privilegiatis & magni momenti submissiones quoad puncta incidentia vel in mensa decretorum, vel sabbathina relatione decidendas speciatim commendat a). Speciale ejus rei exemplum præbet C. O. C. b) quod prærogativæ causarum fiscalium inter Sabbathinas mentionem facit: quæ, cum privilegium generale habeant, justum est, ut inter Sabbathinas quoque reliquis præferantur.

A supplicis quidem Auctor der Prüfung omne causarum privilegium alienum esse putat c): cui tamen nescio, an equidem assensum præbere possim, cum fieri v. g. possit, ut tanta adsit supplicarum multitudo, ut multæ eidem assessori distribuendæ sint. Quidni hic inter plures eam præferat, cuius objectum causa est privilegiata? Lex ipsa quasdam præ reliquis commendat; jubet enim d), ut supplicarum, ubi vel ob fatalia, vel aliam causam periculum in mora, vel processus super pace religiosa petiti, vel supplica pro decernendis processibus ter vel quater repetita fuit,

D. 2. 4. 11. 1. 9. 3. 0 singu-

singularem judicantes curam habeant. Quidnam vero aliud, quam ejus generis supplicarum privilegium hæc verba denotant? Et quid est, quod impedit, ne idem ad omnes supplicas applicem, quarum objectum causa est legibus expresse privilegio donata?

2) accidere potest, ut punctum quoddam incidens non tam ob causæ principialis privilegium, quam ex sua natura reliquis præferendum sit, cuius rei exemplum præbet C. O. C. c) quod maturationem commissionum ad examinandos testes in perpetuum rei memoriam præ reliquis causis, mensæ decretorum imponendis præcipit. Sunt ergo & punctis incidentibus rationes privilegii propriæ, quarum principia sine dubio periculum in mora est.

a) Mem. Visit. ad Jud. & Affess. de 1557. §. 14. „desgleichen auch da in „gefreiten und wichtigen Sachen, ratione declinatoriarum, devolutio- „num, admissionis articulorum, vel Commisariorum, aut secundæ „tertiae vel quartæ dilationum, responsionum, Rufen, publicationis „attestationum, alimentorum, supplicationum, Taxæ Expensarum, „&c. submittirt, sollen solche submissions und causæ privilegiatae ge- „fordert werden.“

b) C. O. C. P. I. Tit. XII. §. 5. & 6.

c) Prüfung p. 44. „in Ansehung der extrajudicialium kan auf den Vor- „zug der Sachen in Ansehung ihres Alters und privilegii deswegen nicht „gesehen werden, weil dieselbe alle zeitlich und ohne Unterschied ausge- „theilt. R. V. N. §. 63, so viel immer möglich, beschleuniget, R. V. N. „§. 77. und so geschwind expedirt werden sollen, daß sie nicht 3 oder „4 Tage liegen bleiben.“ C. G. O. P. I. Tit. X. §. 17.

d) C. O. C. P. I. Tit. 22. pr. „daß eine jede Supplication, bevorab in „denen Fällen --- zum förderlichsten decretirt werden.“

e) C. O. C. P. I. Tit. 43. §. 7.

§. XX.

 §. XX.

Separatis jam in §§, antecedentibus iis causis, quas ab instituto nostro alienas esse, ostendi, eas jam ordine recensabo, quæ ex sensu Placiti Imp. nov. vere sunt privilegiatæ, in quibus designandis regulam supra §. 8. traditam accurate sequar.

Duplex in legibus occurrit privilegium, *personarum* unum, alterum *causarum*. Quod ad personas attinet, duo potissimum earum sunt genera, quarum omnes & qualescunque causæ privilegiatæ sunt.

Primum privilegium est personarum miserabilium a), quibus conditio sua singularem legislatorum favorem conciliat. Injustum enim putant, eorum, quos adversa fortuna satis jam miseros reddidit, calamitatem protractione litium suarum augeri, judicisque culpa id denegari, in quo unico omne forsitan eorum solatum positum est. Sed quænam sint hæc personæ miserabiles? jure queritur. Poteritne forsitan ejus questionis decisio ex *L. ut. Cod.* Quando *Imp. inter pup.* repeti, ad quam legum camera- lium auctores, quoad subjectum legis respexisse arbitror, licet ipsa illius legis privilegia ab eo, de quo hic agitur, jure singuliari differre concedam. Concedit illa duo fori privilegia pupillis, viduis, diuturno morbo fatigatis, debilibus, *aliisque fortunæ iniuria miserabilibus*. Totum certe personarum genus, non unicam modo pauperum speciem, sub fortunæ iniuria miserabilibus intelligi puto: qui enim hanc posteriorem opinionem fovet *LEY-SERVS* b), justo plus mihi locutionis vim restringere videtur. Sed quasnam præter eas, quas expresse nominat, personas sub fortunæ iniuria miserabilibus comprehendat, quid generalis hæc denominatio significet, lex illa Cod. non exprimit. Nihil itaque

ad illustrationem nostrarum legum cameralium facit. Sed hæ non magis, quam Jus Romanum, quænam sint personæ miserabiles, quarum causas generatim privilegiatas esse volunt, expli cant. Solis itaque judicantibus potestas de ea re judicandi re lista est, ab eorum tantum arbitrio pendet, an litigantem conditio sua privilegiō illo dignum reddat. Ceterum ex personis miserabilibus quasdam speciatim leges Camerales nominant, nempe 1) pupilos *c*). Viduas, quas Ord. Jud. Aul. Tit. IV. §. 9. inter personas privilegiatas refert, leges Camerales omittunt. 2) Captivos *d*), sub quibus ii præfertim intelligendi, qui injuste in carcerem & vincula conjecti, in Camera mota contra processum criminalem nullitatis querela, auxilium querunt *e*) 3) pau peribus, licet eos generali personarum miserabilium privilegio non indignos esse putem, utrum hoc nominatim in legibus concessum sit, jure dubitans. Nullum, qui speciatim ad eos pertineret, inveni paßum, quam eum, qui in R. V. N. §. 60. continetur *f*). Sed nondum mihi verba ista ad probandum privilegium sufficere, nihilque aliud, quam ne Judex causis pauperum minorem, quam reliquis curam impendat, præcipere videntur. 4) C. denique O. C. a personis miserabilibus distinguit *betrübe und beschwerte Leute g*). Sed nescio sane, quomodo hi ab illis differant, seu quodnam genus personarum miserabilium efficiant? Ergo etiam hic accuratio determinatio desideratur. R. V. de 1556. §. 5. fons ceteroquin loci hujus concepti præcipuus, hanc distinctionem ignorat.

Secundum personarum privilegiatarum genus sunt personæ *camerale*s, quæ sicuti processu singulari, ita & jure exigendi utuntur, ut totius causæ finis debeat accelerari *h*).

a) R,

- a) R. V. de 1556. §. 5. C. O. C. P. I. Tit. 12. §. 3.
 b) Vol. II. spec. 78. nr. 3. & 4.
 c) R. V. de 1556.
 d) ibid.
 e) conf. Ord. Jud. Aul. cit. ioc. §. 8.
 f) R. V. de 1713. §. 60. „zuförderst ist bei solcher distribution Sorge zu tragen, daß vornehmlich --- eine Gleichheit gehalten, und weder die Person noch Religion der Partieyen oder Procuratorn, sondern allein, ob dasjenige, was zu befördern gesucht wird, die älteste oder privilegierte Sache seye (als welche vor den neuen und nicht privilegierten zu distribuiren, und dabei auf die causas pauperum behörend zu reflektiren) --- angesehen werden.“
 g) C. O. C. P. I. Tit. 12. §. 3.
 h) R. V. N. §. 70. „benebens auch die xxviiischen Cameral-Personen schwebende Proceß der Ordnung nach und so viel möglich beschleunigt werden. Totus §. contextus docet, non tam de accelerando proceſſu, quam sine caufe per decisionem judicialeм sermonem esse.“

§. XXI.

Absolutis personis ad Causas pervenio privilegiatas. Tria potissimum earum in Ll. inveni genera: quarum primum ob salutem publicam, secundum ob periculum in mora privilegio gaudet, tertium est caufarum recurrentium. Quod ad primum attinet genus, justum omnino est, causas, ubi ipsius Cæfaris & Imperii, vel ob jura eis denegata vel violata, vel ob detrimenta in universam rem. ex litibus redundantia, interest, reliquis praeferti: quo propius enim quæque causa cum salute omnium in reperit, est conjuncta, eo majus judicis studium meretur. Inde est, quod I.) Causæ fiscales, in quibus ipsius Imperatis nomine aduersus eos agitur, qui obligationi suæ erga Cæsarrem

rem & Imperium haud satisfaciunt, sint privilegiatae. Vix dici potest, quantus Legislatorum erga hoc caufarum genus favor sit. Hinc olim tum audientiae, tum senatus separati causis fiscalibus destinati fuerunt, hinc hodie inter recessuum ordines singularis causis fiscalibus assignatus est, isque inter omnes primum occupat locum, hinc ipse Fiscalis remotis processus ambagibus procedere, Cancellaria hos ante omnes reliquos processus expedire, Assessores denique, quod hujus loci est, fiscales causas in decidendo praeserter jubentur. Nec sabbathinæ tantum, sed qualescunque sententiæ in causis fiscalibus a), hac utuntur prærogativa. Omnes, quas vel leges b), vel Dd. inter fiscales referunt causas, hic enarrare longum esset, cum partim acta agerem, c) partim multæ earum extra omnem plane hodie usum sint: iis vero, quas leges expresse inter privilegiatas referunt, non possum non paullulum immorari.

a) O. C. de 1555. P. II. Tit. 20. §. 9. R. V. N. §. 83. R. J. N. §. 92.
 „dieveil auch die fiscalische Proceß dahin privilegiert seyn, daß dieselbe „zu schleuniger Erörterung nach Möglichkeit befördert werden.“

b) O. C. de 1555. P. II. Tit. 20.

c) Conf. DEKHERR in Vindic. h. t. LVDOLF in J. Cam. Sect. I. §. 6. p. 40.

§. XXII.

Causæ vero fiscales in duas abeunt species, prima eas continent, ubi solus Fiscalis jus Cæsari & Imperio debitum persequitur, altera, ubi præterea pars læsa ad satisfactionem privatam agit. Ex prima specie huc referendæ causæ contributionum Imp. Julibent enim varij Imp. recessus a) ut contra Status in solvendis collectis Imp. morosos tum Fisci Procurator, tum Judex & Assessores celeriter (*forderlich*) procedere debeant. Nominatur specia tim

tim in C. O. C. b) subsidium contra Turcas, cuius promptissima solutio quam necessaria olim fuerit, quis est, qui ignorat? Cum vero causae Imp. contributionum in Camera vix occurrant, c) nulla fere ex hoc causarum genere, si collectas ad Cameræ sufficietatem solvendas excepéris, hodie in Camera ventilabitur.

a) R. I. de 1576. §. 16. de 1582. §. 45. de 1594. §. 13.

b) C. O. C. P. I. Tit. 12. §. 6.

c) b. D. TAFINGER T. II. §. 490. p. 211. LUDOLF Seft. I. §. 6. nro. 9.
§. XXIII.

Ex iis, ubi præter Fiscum Cæsareum etiam pars læsa agit, nominandæ veniunt.

1) Causæ exemptionum, quæ non fiscalis modo, sed exempti quoque contra eximentem jus agendi fundant. Cum enim Cæs. & Imp. quam maxime intersit, ne membrum quoddam immediatum Imp. detrahatur, præfertim, si exemptione fine onere fiat, facile erit ad perspicendum, cur leges Judici & Assessori celerem earum injungant expeditionem a).

2) Causæ fractæ pacis publicæ. Restorationem pacis & tranquillitatis publicæ tanquam finem præcipuum Cæsar & Status in constituendo Cameræ judicio sibi proposuerunt, ejusdemque conservationi ut omnem operam darent, Judici & Assessoribus quam maxime commendarunt. Si igitur ulla causa, hæc certe inter privilegiatas referenda erat b). Vtraque vero actio exinde profluens, ad satisfactionem publicam, æque ac privatam, privilegio donata fuit. His

3) adjungo Causas fractæ pacis religiosæ, & generatim qualunque legum publicarum de statu externo religionis in Germania

nia initiarum violationes, quatenus nempe cognitioni summorum Imp. tribunalium eas subjici patitur Cap. Cœl. Art. I. §. II. Quod quidem me jure facere, exinde patet, quia a) conventiones iliae de religione initæ, nominatim pax religiosa de 1555. & pax Westphalica ita paci publicæ æquiparatae sunt c) ut transgref-
"fores earum ipso jure & facto poenam fractæ pacis incurvant:
cum itaque hæ violationes actionem ad poenam fractæ pacis pub-
licæ fundent, satis patet, has causas hoc respectu esse privile-
giatas. Sicuti vero exinde actionis ad poenam saltim compa-
ratæ privilegium sequi videtur, ita claris quoque Imperatorum
mandatis actionibus privatorum, suum intereste persequentium,
prærogativa illa data fuit: d) Novissime d 9. Jun 1770. speciali re-
scripto Cameræ Imp. Imperator causas ad religionem spectantes
præ omnibus aliis commendavit, utque finitis singulis annis,
consignatio omnium, qui in causis religionis eo anno tum decre-
ti, tum decisi sint, proceßuum, ipsis transmitteretur, mandavit.
e) Quod saluberrimum esse mandatum, quilibet fatebitur, qui cum
arctissimum imperii cum religionis statu nexum, tum frequen-
tiam ejus generis litium non ignorat.

- a) R. I. de 1567. §. 9. de 1576. §. 8. C. O. C. P. I. Tit. 12. §. 5.
"der C. Richter soll mit Fleiß und Ernst darob halten, und verschaffen,
„daß große und wichtige Exemptions-Sacken, als an deren befoerderli-
"chen Erörterung uns, dem heil. Reich und gemeinen Weßen so merk-
"lich und viel gelegen, ordentlich und schleunig expediert werden.
- b) O. C. de 1555. P. III. Tit. 47. §. 3, R. V. de 1556. §. 5. C. O.
C. P. I. Tit. 12. §. 3.
- c) R. I. de 1555. §. 15. I. P. O. Art. XVII. §. 4.
- d) Conf. Ill. MOSER in den ersten Grund-Lehren des T. Staats-Rechts
1776. pag. 135. "die Religions-Beschwerden der Evangelischen sollen
„selbst



"selbst nach den widerholten Kais. Befehlen vorzüglich vor andern Materialien vorgenommen werden.

e) FABERS Neue Staats-Canzlei Th. 31.

§. XXIV.

Hæ causæ sunt, quæ ex fiscalibus, sive mere talibus, sive cum actionibus privatorum conjunctis, nominatim Cameræ Judicij & Assessoribus commendatae sunt. Sicut vero causarum fiscalium privilegium generale est, ita omnes, speciatim quoque non nominatae, privilegiatis sunt annumerandæ. Sed præter causas fiscales aliæ adhuc superfunt, quæ, licet solis privatis jus agendi tribuant, tamen salutis & tranquillitatis publicæ conservandæ causa inter privilegiatas relatæ sunt. Intelligo II.) eos casus, cum partes via facti jus suum aut persecutæ sunt, aut certe persequi volunt: quæ causæ, licet fractam pacem non involvant, proxime tamen ab ea remotæ sunt. Pertinent huc 1) causæ speciarum constitutionum, litigiosæ possessionis, pignorationis & arresti, Austrægali cognitioni eadem ex ratione, qua causæ fractæ pacis publicæ substractæ. In his enim cum aut metus armorum immineat, aut remoto judice partes jus, quod prætendunt, facti via persecutæ sunt, pax & tranquillitas publica periclitari videtur, ideoque ratio suadet, ut eodem modo, ac causæ fractæ pacis, reliquis præferantur. De causarum tamen arresti privilegio, quamvis sua natura illo dignæ sint, specialis non extat dispositio: de litigiosæ possessionis, speciatim ubi de summarissimo faltem cognoscendum a), & pignorationum b) causis distinctius leges præcipiunt. De pignorationum causis præsertim notandum, quod cum duplex in illis processus, mandati unus, alter citationis, concurrat, quorum ille ad momentaneum, hic ad ordinarium spectat

E

pos-

possessorum, prior potissimum, tum ex rei natura tum legis dispositione^{c)} celerrimam desideret expeditionem, indeque sententia in causa mandati satis instructa, licet nondum discussis causalibus, differri non debeat *d)*. Cum vero, observantibus praexos Cameralis Dd. difficultas requisitorum in causa sit, cur vix hodie actio in speciali fundetur constitutione, sed modus mandati multo facilior eligatur, dubium non est, quin talium mandatorum causæ, cum in locum specialium constitutionum successerint, eodem quo haec, dignæ sint privilegio.

2) ex salutis publicæ ratione spolia potissimum violenta *huc referenda esse puto: cum vero non uti alias, in fundanda Cameræ jurisdictione, leges inter simplicia & violenta, hic distinguant:* priora, si forte per appellationem ad Cameram devolvantur, *pri-* *velegio non minus digna sunt.*

a) O. C. de 1555. P. II. Tit. 21. §. 3.

b) ibid. P. II. Tit. 22.

c) „und soll darauf an dem C. G. die Sache der Pfandung oder Fahens „halber, auch von ueegen verwürkter Poen, im Fall, da dem mandato „nicht gelebet wväre, auf das allerschleunigste mit Recht entschieden „wverden.“

d) R. J. N. §. 139. LVDOLFI J. Cam. p. 60. & O. C. de 1555. P. I. Tit. 10. §. 4. „da aber die neu beschlossene Sache ein spolium anträfe.“

§. XXV.

In salute publica denique III.) privilegium causarum statuum & subditorum inter se fundari puto. Quod primo ad lites Dominorum territorialium cum subditis immorigeris attinet, vult Cap. noviss. *a)* ut eae celerrime decidantur. Specialior ea de re extat dispositio in R. J. de 1576, §. 15. Cum nempe Statibus Imp. foliū-

solutionem collectarum Imp. publicarum jus subditis imperandi competit, contra subditos contumaces mandata non tantum pœnalia decernenda, sed & ipsum processum sine mora decidendum esse, laudatus jubet R. I. de 1576. Vicissim vero etiam subditis iustas contra Dominos territoriales querelas moventibus promtam justitiæ administrationem Cap. nov. promittit b).

a) Cap. nov. Art. XV. §. 9. „da aber die Streitigkeiten vor dem Richter mit Recht befangen waren, sollen selbige auf's schleunigste ausgeführt und entschieden werden.“

b) Art. XX. §. 7. „wenn alsdann sich befinden würde, daß die Unterthanen billige Ursache zu klagen hätten, dem Proces schleinig — abhelfen.“ Nescio itaque, cur Autor der ohnumaſigeb. Vorschläge has causas nova demum legislatione causis privilegiatis accenserit velit? cum jam in numero eorum sint. Quid refert enim eas privilegiatas non dici, cum non ex nomine jus hoc singulare pendeat.

§. XXVI.

Satis ex antecedentibus patet, in omnibus his causis, quæ proxime ad salutem publicam spectant, periculum in mora a judeice in decidendo commissa esse: sunt tamen aliae, quarum dilatio non tam reip. quam privatorum rebus periculum minatur, quæve ex speciali hoc fundamento privilegio donatae sunt. Generaliter enim leges a) omnes causas, ubi periculum in mora subest, reliquis præferri volunt. Quis quælo est, qui non videat, quam maxime vagum hunc titulum esse atque indeterminatum? quam multa hic judiciali relicta esse arbitrio? Ceterum valde circumspetum esse judicem oportet, cum ea, quæ in legibus ipsi relicta est, arbitrandi potestate utitur, ne Advocatorum artibus, sumum ubique periculum, damnum irreparabile videntium, circumvenientur. Unicam saltem hujus generis causam leges nominant.



nant, alimentorum *b*) puta: quam singulari favore omnes dignam judicarunt legislatores.

a) R. V. de 1556. §. 5. R. V. de 1561. §. 8. C. O. C. P. I. Tit. 12. §. 3.

b) R. V. de 1556. §. 5. C. O. C. cit. loc.

§. XXVII.

Ad tertium jam causarum privilegiatarum genus pervenio, recurrentium nempe, seu talium, quæ semel jam in senatu quodam ventilatæ fuerunt. Cum vero variae earum sint species, non omnes omnino hactenus a legibus inter privilegiatas relatas fuisse puto. Dupli potissimum modo causus recurrentiæ existit, cum aut relatio cœpta interrumpitur, aut finita quidem relatione, causa vero ad finem nondum perducta, novæ quæstionis controversæ decisio expectatur *a*). Ad primam quod attinet speciem, ne Judicis unquam & Assessorum culpa relationis interruptio contingat, nec relationi cœptæ nova intermisceatur *b*), leges prohibent: id vero præcipiunt, ut, si quando causus fortuitus impedimentum attulerit, remoto statim impedimento relatio continuetur, & præ reliquis causis ad finem perducatur *c*). Nec scio sane, utrum mandatum hoc, ut causa interrupta ante aliarum expeditionem continuari debeat, revera privilegium contineat? Ex altera causarum recurrentium specie non omnes privilegio donatæ sunt. Illud quidem dubio caret, præcipuum earum genus, causas sc. executionum hoc jure uti. Finita nimurum per sententiam Cameralem causæ principalis disceptatione, judiciali tamen cognitioni, cum ad executionem perveniat, finis nondum impositus est. Quod quidem variis contingit modis. Cognitio nempe judicialis requiritur: *a)* parte, in termino in executorialibus

præ-

præfixo coimparente, an paritio, quam docere debet, vel insufficiens, vel ob novas a vieto propositas exceptiones plane non debatur? b) Si non comparuit, & mandata de exequendo decreta fuerunt, quatenus ii, quibus demandata executio, obligationi sibi impositæ satisfecerint? Si executionem detrectent, an justa recusationis causa, an transscribendum mandatum de exequendo? Si eam suscepserunt, quatenus aut exceptiones coram Commissariis, aut querelæ de executionis excessu in Camera a parte vita prolatæ, fundatæ sint. Denique c) etiam de sententiarum non in Camera latarum executione in hoc judicio agi potest, quod in sententiis australiberalibus, aut querela contra inferiorem judicem in exequendo morosum mota accidit d). Nescio tamen, utrum hanc posteriore quoque speciem legum camerallium auctores resipexerint, cum de exequendis saltem sententiis camerallibus locuti esse videantur.

Ceterum causarum executionis, quæ sub a) & b) recensui, accelerationem speciatim commendatam suisse e), eo magis probandum est, quo fortius executionis dilatio toti instituti judicii fini repugnat, quoque miserabilior ejus est conditio, qui, licet vicitor, plures aliae recurrentes dentur, quæ ad secundam earum speciem plures aliae recurrentes dentur, quæ ad secundam earum speciem pertinent, cum v. g. declaratio sententiæ, restitutio in integrum petitur: legem tamen, quæ eandem illis prærogativam concederet, equidem ignoro. Neque enim, quas hoc §. nota b. allegavi leges, illud probare possunt, cum ad eum modo casum pertinere videantur, quo relatio interrupta, non vero eum, si finita relatione in eodem processu nova oritur controversia.

a) Vid. quæ rem ita explicat, Perill. PÜTTERVS in den unpartheiischen
E 3 Ge-

Gedanken über die im Visit. Bericht vom 16ten Jul. 1768 enthaltene
Materien &c. &c. p. 28, §. 50.

- b) Mem. Vis. ad Jud. vicar. de 1557. §. 14. R. I. N. §. 146. R. V.
N. §. 79.
- c) O. C. de 1555. P. I. Tit. 10. §. 27.
- d) Conf. ex quo hæc excerpfi, b. D. TAFINGER Sect. IV. toto Tit. V.
De executione rei judicatæ.
- e) R. V. de 1533. §. 4. O. C. de 1555. P. III. Tit. 47. §. 3. Tit. 50.
§. 1. R. V. de 1556. §. 5. C. O. C. P. I. Tit. XII. §. 3.

§. XXVIII.

Hæ causæ privilegiatae sunt, (§. 20--27) quas in legibus inveni, ita quidem comparatae, ut privilegium earum, tum ad definitivas, tum ad interlocutorias cuiuscunque generis (vid. §. 19, nro. 1.) pertineat. Nullam a me præteritam esse in tanta legum Cameralium multitudine contendere non audeo; forsan tam paucæ præter eas, quas retuli, supersunt. Nonne vero omnes mandatorum S. C. causæ in decidendo sunt privilegiatae? Non exstimo, si res ex legibus haftenus latis metienda; nullam enim mihi invenire licuit, quæ expresse privilegium ipsis concederet. Forsan vero mihi R. D. de 1600 obmovebitur *a)*, qui mandati processum summarium vocat atque privilegiatum: sed repetenda hic sunt, quæ supra monui, ex sola denominatione jus nostrum singulare in decidendo derivari non posse, nisi simul Judici & Assessoribus causa præ reliquis commendetur. Passus vero R. D. allegatus prorsus non ad officium judicantium pertinet, sed remedia saltē proponit, quibus mandati processus ambages rescindantur. Neque etiam ex eo, quod causæ mandatorum inter extraordinarias relatæ fuerunt, privilegium earum in decidendo

de



deduci posse, supra jam probavi. Si itaque nulla causa, nisi ex legis expressa dispositione, sibi jus hoc singulare vindicare potest, mandatorum causæ non privilegiatae erunt, nisi periculum in mora subsit. Sæpe vero, licet periculum in mora absit, causa nihilominus ad mandatum S. C. qualificata est: ergo in his privilegii cessat c).

- a) R. D. de 1600. §. 49. „damit dieser summarische und privilegierte Proces nicht dergestalten aufgezogen und gestekt werde“
- b) C. O. C. P. III. Tit. 3. „Item allen Sachen mandatorum pœnaliūm“
- c) illud potissimum in decernendis mandatis respiciendum esse, utrum factum nullo modo justificabile adit, hocque deficiente vix decerni posse mandatum S. C. docet Perill. rüTERVS in spicilegio §. 42. Sæpe itaque fieri poterit, ut, licet periculum in mora absit, ob factum tale mandatum decernatur.

§. XXIX.

Quanquam vero, quod ex iis, quæ hactenus exposui, apparet, varias causas nominatim præferre leges Judicem & Assessores jussierint, valde tamen is a vero aberraret, qui nunquam eos causæ antiquiori noviorem jure præferre posse, nisi in legibus nominata sit, putaret. Primo enim contingere potest, ut ipse Augustissimus litteris ad Cameram datis cause cujusdam singularis, licet ordo in referendo ex regula eam nondum tangeret, celerimam decisionem Judici & Assessoribus commendet a): quod quidem ne jure facere possit, hodie non obstat Capit. Nov. Ipsam quoque visitationem jure suo mandata de celerius administranda in certis causis justitia ad Cameram dare posse, demonstravit Perill. Dn. PRÆSES b). Deinde et si ab his discesseris casibus, multum tamen hac in re ipsas leges judicantium arbitrio reliquis-

quisse videmus. Quod 1) exinde patet, quod, ubi speciatim causas privilegiatas recensent, eas magis exempli causa proferre, o quam omnes exacte determinare voluisse videntur. Quod 2) omnes causas, quae magni momenti sunt, *die hochwichtige, daran merklich und viel gelegen*, causis ordinariis licet antiquioribus præferre jubent d). Nonne hæ locutiones vagæ sunt atque indeterminatæ? Nonne clausulæ illi prætoriæ generali similes, in qua omnes, qui alia restitutionis causa destituantur, auxilium quærunt? Quid enim quæso est, quod in momentum causæ alicujus efficit? Ubi normæ, quibus metiantur judicantes, an causa re vera tanti sit momenti, ut præferri mercatur? Nullas lex prodidit, ergo nil nisi judiciis arbitrium supereft. 3) Denique claris verbis innuit lex, non tam angustis limitibus circumscriptam esse judicantium potestatem, quin causas, et si nominatim non privilegiatas, nihilominus antiquioribus præferre possint. O. enim C. exceptionem a regula de causis antiquissimis semper præferendis proposita non tum modo admittit, si causa singularem legum experiatur favorem, sed quotiescumque rationes, ab Aſſeffore causam noviorem prælaturo allegatae, præſidio & reliquis ſenatus membris probatae fuerint e).

- a) In consilio aulico multum ſibi potestatis in ea re reservavit Auguſtissimus: jubet enim Ord. Jud. Aul. Tit. IV. §. 7. ut earum caufarum deliberatio omnes reliquas præeat, de quibus votum judicij Aul. Auguſtissimus postulat.
- b) in comment. de eo, quod visitatio judicij Camer. in singularibus coram pendentiibus caufis potest & ſolet. 1769. §. 49. p. 62--66.
- c) C. O. C. P. I. Tit. XII. §. 3. „und ſollen ſonderlich in ſolcher Aus-, theilung die Ältereſte, oder ſonſt befreite Sachen, als alimentorum, vorgehen.“
- d) C. O. C. P. I. Tit. XII. §. 3. Tit. XXIII. §. 1.

e) C.

c) C. O. C. P. I. Tit. XI. §. 9. „da aber die neue Sache ein Spolium
„anträfe, oder sonst vor andern -- beginstigt, oder durch denselben Beis-
„zer andere erhebliche Ursachen angezeigt würden, darum dieselbe Sa-
„che vor andern sollte gefordert werden; alsdann soll solches, und ob
„er aus angezeigten Ursachen zuzulassen, zu des Cammer-Richters und
„der andern Beizer Ermeessen stehen“;

§. XXX.

Quæ cum ita sint, cum plurimum hic judicantium arbitri-
um valeat, nonne operam perdit is, qui curiose in ipsis legibus
causas privilegiatas inquirit? Quid enim has scire juvat, si quili-
bet, qui non ex lege privilegium habet, judiciali tamen arbitrio
illud impetrare potest? Multum, ni fallor. Jus scilicet postu-
landi puto iis litigantibus, quorum causæ nominatae fuerunt, ex
ipsa lege quæsumit esse, ut hæc, licet noviores, antiquioribus
præferantur: cum reliqui, licet sat graves rationes causæ suæ
celeriorem suadeant expeditionem, legis auxilio destituti, unice
ex judiciali arbitrio pendeant. Liceat mihi hic a Perill. auctore
notarum, quas ad P. Imam C. O. C. jussu Visitationis ab ipso
revisam 1769. edidit, citato in *Tract. MOSERIANO von der teutsch
Justiz-Verfassung* Tom. II. Lib. 4. Cap. 8. §. 22. seq. dissentire,
qui litigantibus ex lege causam privilegio expresse donante jus ni-
hilominus adquiri nullum defendit. Omnis enim norma ordinis
judicarii ita obligat judicem, ut nunquam ipsi ab ea recedere
liceat, & cuique parti litiganti jus obligationi huic correspondens
tribuit. Quodsi norma ista non lex, sed saltim instrucción esset,
nisi judicem exacte omnia servare oportet, finem in præscriben-
da norma propositum numquam obtineret legislator, cum quili-
bet judex sub quoconque prætextu eam turbare posset. Jam,
cum indubium sit, leges illas de causis privilegiatis partem nor-

mæ ordinis judicarii Cameræ præscriptæ efficere, cum eadem, quæ in aliis legibus, verba præceptiva adhibeantur, idem sane, quod reliquæ, jus a judice non mutandum continent. De detrimento certe, exinde forsan orituro, non est quod anxius sit iudex; ea enim legislatoris res est, judici præter obsequii gloriam nihil relictum.

a) p. 71. En verba Autoris Perill. „Deputatus ist immer entfernt zu sa-
„gen, als ob durch den den benannten Sachen ertheilten Vorzug nicht
„aus erluechter Einsicht vuüre versfahren woorden: doch muß er die er-
„gangene Verordnung eher per modum einer Anweisung, daß nem-
„lich das C. G. auf die Beförderung jölicher Händel vorzüglich soll
„bedacht seyn, als per modum legis, vuodurch die Partieien ein jus
„quaestum erhalten und die vorhin beregten vidrigen Folgen ervvachsen
„könen, betrachten“

§. XXXI.

Cum vero satis amplius fit causarum privilegiatarum numerus, quinam ordo sit, quo ipse se invicem excipere debeant, jam disquirendum venit; quæ quidem disquisitio, dum nova lex ordinem & classes causarum privilegiatarum stabilivit, usu non destituitur. Primo, quæ Ord. Jud. Aul. Tit. IV. §. 7--11, continet, hic certe usum non habent. Etsi enim concedam (quod vero mihi quidem extra omnem dubitationem positum esse non videtur) fuisse ibi legislatoris mentem, ordinem causarum privilegiatarum determinandi, nulla tamen Cameræ judici & Assessoriis imposta est obligatio, sicuti generatim, ita & hoc loco ordinationem sequendi aulicam.

Utrum ex ætate causarum privilegiatarum non secus ac ordinariarum prærogatiya sit æstimanda, quæstio est in utramque

partem disputata. Controversia ea de re in novissima Visitatione inter quosdam dominorum subdelegatorum fuit a), cum votum Bremense ex ætate causarum privilegiatarum prærogativam metiendam esse, affirmaret, Moguntinum vero negaret. Qua in re, primo, quid secundum leges expressas, deinde, quid secunda analogiam legum justum sit, nobis considerandum erit. Quod ad primas attinet, res omnis credit ad

Vis. Mem. de 1562. §. I. & R. Vis. de 1564. §. 2.
in reliquis enim legibus, cum semper antiquissimæ causæ clare privilegiatis contra distinguantur (v. g. älteste, oder gefreite Sachen) prærogativam ex antiquitate causæ oriundam solis ordinarijs tribui, indubium est. In duabus vero, quas allegavi, legibus idem de causis privilegiatis disponi, disputat votum Bremense. Quod ad primam attinet, de textus illius lectione cum Moguntino non convenit, cum hoc ex Corpore J. Cam. Winkleriano, ipsoque, ut contendit, originali, §. I. Vis. Mem. de 1562. ita legat:

„der C. Richter soll Aufsehens haben, daß die älteste und gefreite, beßhoffene und andere Sachen in ihrer Ordnung expedirt und erlediget werden,
1724. ita corrigit:
„daß die älteste gefreite, und zuerst beßhoffene, sodann die andere &c. &c.

In R. V. vero de 1564. §. 2.
„soll der C. Richter solch Aufmerksam haben, daß die älteste und gefreite Sachen, und andere in ihrer Ordnung expedirt und erledigt werden
F 2

„erledigt, auch die neulich beschlossene denselbigen nicht vor-
„gezogen werden. &c. &c.

Votum Bremense particulam *und* ut sanus contextui sensus
maneat, delendum putat. Verum, cum nulla legum Camera-
lium editio eam omittat, nollem litarum talem ex arbitrio sus-
cipere, cum etiam huic, quam omnes habent, lectioni suus sit
sensus. Si enim, uti alias, etiam hic causis antiquissimis &
privilegiatis juniores & non privilegiatas contradistingui ponan-
mus: quidni lex commode ita explicari posset? curæ sit Judici
Cameræ, ut 1) causæ antiquissimæ & privilegiatae, 2) deinde
juniores & non privilegiatae (*und andere*) 3) in suo ordine, (seu,
ut votum Bremense explicat, in turno) referantur, 4) illis ve-
ro, (sc. primæ classis) causis juniores non præferantur. Quæ
explicatio eo magis probanda videtur, cum ex fine §. repetiti
ea tantum, quæ O. C. P. I. Tit. 10. §. 8. disponit, nec novi
quid præcipi, appareat b).

Altero textu, nempe Vis. Mem. de 1562. §. 1. thesin il-
lam non magis, quam R. V. de 1564. probare auderem. Pri-
mo enim inter lectiones controversas, quænam sit genuina, non-
dum constat. Deinde, etiamsi Ludolfianam genuinam suppo-
nerem, forsitan tamen textus ille ita explicandus foret, ut nihil
quod non etiam reliquæ leges præcipiunt, contineat. Nonne
illud, *und zuerst beschlossene* pro nuda declaratione, quænam
sint die älteste, haberi poterit? ita, ut hic enascatur sensus:

„caræ sit Judici, ut causæ antiquissimæ, privilegiatae, at-
„que illæ quidem tales, quæ prius conclusæ sunt, pra- re-
„liquis expediantur..”

Si



Si itaque legibus expressis thesis illa satis accurate probari nequit, analogia tamen legis yoto Bremenisi favere videtur; ad hanc enim recurrendum, quoties expressa legis dispositio deficit. Jam cum ex regula generali antiquitas causæ prærogativam determinet, cum de causis privilegiatis contrarii nihil legislatores disposuerint, jure inde concluditur, has eodem in ea re, quo ordinariæ, jure uti. Neque mihi objici poterit, analogiam hanc ob disparitatem rationis valere non posse; si etiam inter causas privilegiatas sola atas spectanda sit, verendum esse, ne causa junior, licet multo majus antiquiori mereretur privilegium, ob solam atatem postponatur. Eadem enim causarum ordinariarum ratio est. Licit unam altera graviorem esse posse nemo facile inficias, ire queat nihilominus tñ. non momentum causæ, sed sola atas prærogativam tribuit. Ceterum illud sponte concedam 1) divisionem causarum privilegiatarum in classes magis fini totius instituti convenire, ideoque suadendam esse 2) etiam eo, qui nunc est, manente statu, arbitrium judicantium non proflus excludi, neque eos prohiberi, interdum causam juniores privilegiatam antiquiori ob summum ejus momentum præferre. De eo enim tantum, quod ordinarie fieri debet, mihi sermo fuit: exceptiones vero a regula interdum arbitrio judicantium fieri posse, satis docet, quem jam sepius alii legavi, §. 8. Tit. 10. P. I. O. C. ~~led~~ ^{modestus obtemperans}

Denique, an singulas causas reliquis privilegiatis absolute præferri lex nulla jubeat? queritur. Unicum forsitan ejus rei in LL. exemplum occurrit, præcipientibus, ut causis fiscalibus privatæ omnes, ergo & privilegiatae, postponantur. De causis spoliis ut idem credam, O. C. P. I. Tit. 10. §. 8. non com-

moveor. Licet enim inter causas privilegiatas illæ folæ nominatae sint, id tamen magis exempli causa, quam animo privilegium ipsis absolutum tribuendi, factum fuisse puto. d)

a) Visit. Ber. d. 15ten Dec. 1769. Sess. 351. 352. 353. 360. 362.

b) hæc §. 2. R. V. de 1564. in fine sunt verba: „indem er sich dann „der Bescheidenheit zu verhalten, daß er jederzeit von einem Rath „zu dem andern Aufmerksam habe, damit die Ordnung P. I. Tit. 10. §. „und nachdem unser Befehl Et. Et. alles Innhalts nachgesetzet werde.“

c) R. V. de 1567. §. 9.

d) Vid. Votum Ratisbon. Sess. 343. im Visit. Ber. d. 15ten Dec. 1769.

§. XXXII.

Speciatim hic ex sollicitatura causæ privilegium nullum nasci, præterire nequeo, licet illam legibus a) adprobatam esse, certum sit. Cum enim sœpe accidat, ut lis aut transactione finiatur, aut aliam ob causam partes adquiescant, fieri posset, ut Assessores illud ignorantibus causis, quæ utrum decidantur, nec ne, partes non curant, tempus disperderent. Quam temporis jaeturam, quæ sane in hodierno Judicij Cameralis statu non exigua est, cum ægre ferrent legislatores, disposuerunt, ut partes causæ suæ decisionem optantes, certiores de ea re redderent Assessores, hique omisis reliquis, sollicitatas causas præferrent. Nec ad eam modo ætatem, quæ bellum tricennale proxime infecutum est, hanc dispositionem pertinere, sed manente eadem legis ratione semper usum servare, quas præter R. I. N. allegavi, leges probant. Sollicitatura itaque, licet in causis antiquioribus instar conditionis sit, sine qua acta non expediuntur, licet, quæ non sollicitantur, iis similes, quæ nunquam prorsus in judicio

ven-

ventilatæ fuit, ordo tamen in referendis causis sollicitatis observandus minime a sollicitatura pendet, cum inter causas sollicitatas omnes privilegiatae ordinarias antecedant. Finge, causam ordinariam vehementissime sollicitari, nunquam tamen illa causæ privilegiatae minus sollicitate præferri poterit b). Quod nisi ita esset, arbitria omnia, vanæ & inutiles leges, quæ privilegia causarum determinant, essent, foliæ litigantium artes ordinem causarum stabilirent. Licet itaque causarum non sollicitatarum rationem non habendam esse concedam, inter ipsas sollicitatas tamen maneat ordo, tam sollicite Judici & Affesso-ribus commendatus.

a) Vif. Mem. de 1562. §. 1. insert. C. O. C. P. I. Tit. XII. §. 4. „wo „alte Sachen in denen um Urtheil nicht sollicitirt wird, vorhanden, und „zu erachten, die Partheien vertragen, oder die Sachen sonst gefallen „seyn möchten, dieselbe eingestellt, und andere fürgezogen werden.“

R. V. N. §. 70. „daß sonst die alte Sachen, wenn sie annoch „in motu sind, für den neuen nicht privilegierten fürgenommen werden sollen“

R. I. N. §. 152. „sollen alle diejenige Partheien, welche ihre Acta „expedit sehen wollten, gleich nach diesem Reichstags-Schluss, wé „nigst innerhalb Jahresfrist durch ihre Procuratores bei dem C. G. sich „ anmelden, und dann nach ein, zwei, oder drei Monath öfters wie- „der annehmen, die Affessores aber alsdenn schuldig seyn, solche Acta „vor allen andern zu expediren.“

b) Conf. Votum Trevir. Seff. 140. ead. Seff. Votum Bremense nro,
7. 8. 9.

§. XXXIII.

Ex iis, quæ §§. antecedentibus exposui, (præsertim §. 29.)
fatis appareat, quantum hac in re arbitrio relictum sit, quod non
in

—————

in determinando modo causarum privilegio, sed interdum ordine quoque causarum privilegiatarum inter se stabiliendo interponi debet. Illud saltim disquirendum erit, cuinam de casibus lege non definitis judicandi data sit potestas? utrum illa soli Judici Cameræ competat? an potius hic nihil sine consensu Affessorum facere possit? Si quidem res ex Placito Imp. nov. metienda est, satis clare ex §. ejus 2. & 5. in fine, elucescit, nihil solius Cameræ judicis arbitrio relictum esse, sed vel singularum causarum classificationem, vel ordinis nova lege stabiliti mutationem, non nisi consentiente Praesidio cum reliquis ejus Senatus membris fieri posse. Sed eodem modo jam in antiquis legibus, de quibus proprie hic differo, Cameræ judicis potestatem circumscriptam fuisse, neque eum unquam pro lubitu causæ cuidam privilegium dare potuisse, mihi persuasum est. Nunquam enim is, quem sepius allegavi, §. 8. Tit. X. P. I. O. C. exceptionem a regula de causis antiquissimis semper præferendis admittit, nisi Praesidium prius cum reliquis Affessoribus examinaverit, utrum rationes, quas Affessor causam noviorem prælaturus protulit, sat graves sint? Quotiescunque itaque de eo agitur, an causa junior antiquiori præferenda sit? quoties quaestiones de lege cause privilegium continentे accuratius determinanda, de causa in legibus non nominata ex singulari ratione præferenda, de ordine causarum privilegiatarum inter se decidendæ veniunt, toties secundum claram §. 10. dispositiōnem Praesidium cum reliquis ejus senatus membris communicare, hique de ea re vota sua exponere debent. Neque mirandum est, leges tantam potestatem soli Cameræ Judici non reliquisse, cum affessores acta legentes in causæ qualitatem penitus

tius introspicere queant. Tempus vero instituendæ deliberatio-
nis de causa noviori præferenda leges antique accurate non
determinant, sed illud saltim præcipiunt, ut Præses ante ini-
tium relationis ex Assessore relaturo quærat, quam causam re-
ferre velit? Sapiens itaque est Placiti Imp. nov. dispositio, quod
§. 5. für das künftige Sc. Et. præcipit, ut arbitrium de qual-
itate cause una cum cognitione extrajudiciali interponatur.

§. XXXIV.

Ceterum de relatione ordinis personarum & causarum in-
ter se in referendo secundum leges antiquas non est, quod hic
fusius differam, cum hæc materia satis tempore Visitationis ven-
tilata sit. Videantur de ea re die *Visitations-Berichte*, quas
relationes supra allegavi. Mihi quidem argumenta ibi prolatâ
ita comparata esse videntur, ut clare ex illis appareat, ordinem
personarum seu turnum semper stabilitum, eique ordinem causa-
rum subordinatum fuisse.

SECTIO II.

*De objectis novæ, quam expectamus, Legislationis,
circa causas privilegiatas.*

§. XXXV.

Expositis hactenus iis, quæ secundum leges veteres Ca-
merales circa causas privilegiatas justa sunt, paucis, quid de
novæ, quam expectamus, legislationis objectis sentiam ea,
qua par est, modestia adjicere liceat.

Præclare quidem Imperio, præclare omnibus ejus consule-
retur civibus, si in eum Judicium Camerale adduceretur sta-
tum, ut quibuscumque, qui ejus cognitioni suas subjicerunt li-
tes, earundem quoque decisionem sperare liceret. Omnia in-

G

Im-



Imperio civium , ut judiciali auctoritate suum cuique tribuatur, postulandi jus est aequale, quod in Germania eo magis extra dubitationem positum est, cum qualiumcunque territoriorum ci-
vibus , suum ad Cameræ sustentationem conferendi , leges ob-
ligationem imponant. Nunquam vero hoc, quod indubie ipsis
competit, jure omnibus uti licebit, dum sole causæ privilegia-
tæ omne tempus absorbeant, nec ordinariis quidquam relin-
quent. Totum sane causarum privilegiatarum institutum ei
haud dissimile, quo ex debitoris obœrati bonis iis tantum , qui
singulari muniti sunt privilegio, satisfit. Videsne hic (si hoc
simili uti licet) debitorem, non feria quidem voluntate, sed fa-
cultate tamen , omnibus satisfaciendi destitutum ? Quid magis
igitur optandum, quid præsertim Viris illis Perilluſtribus , qui
id , quod serio optant, se tamen non perficere posse ægre fe-
runt, quid cuique denique Germaniæ civi lætius accidere pos-
set, quam si conjunctis Augustissimi & Statuum viribus in eum
perfectionis gradum Judicium Camerale eveheretur, ut non pri-
vilegiatis modo, sed ordinariis quoque causis decisionem spe-
rare liceret.

§. XXXVI.

Neque vero hoc in tanta causarum privilegiatarum multi-
tudine, completo licet 25. Affessorum numero, perfici posse pu-
to: alia igitur malo huic remedia querenda. Forsan non ine-
ptum esset Affessorum extraordinariorum institutum, qui causis
unice appellationis, quarum potissimum neglectus querelas de
Judicio Camerali gignit, decidendis adhibendi essent. Exem-
plum talium jam Sæc. XVIItum præbet. Neque immodici ad
alio-

alendos illos requirentur sumptus, cum tenuiori fine dubio, quam ordinariis datur Assessoribus, salario contenti forent, modo certa spes suffectionis in locum deficientium ipsis relinqueretur. Quæ vero, cum heic eum proprie Judicii Cameralis statum, qualem Placitum Imp. novissimum stabilivit, supponam, attigisse saltem sufficiat.

§. XXXVII.

Quodsi itaque ultra 25. Assessorum numerum, de quo Augustissimus & Status semel inter se convenerunt, praesenti tempore plures constituere non placeat, tum alio modo prospicendum videtur, ne causæ ordinariae prorsus negligantur. Quodsi enim eadem, quæ ex legibus haftenus latis fuit, & in posterum causarum privilegiatarum conditio esse debet, ut ordinarias simpliciter antecedant, neque ex harum numero, dum privilegiata superfit, ulla decidatur: nulla fere ordinariis spes erit decisionis, sed actionum inanum fortem experientur. Forsan igitur non male ageretur, si privilegiatis ordinariae causæ intermiserentur; ita tamen, ut majori illarum, quam harum, numero ad decisionem perveniente, illibata privilegiatarum prærogativa maneret. Recordor hic illius, quod supra (§. 12.) exposui, causarum extraordiniarum instituti, quod, licet proprie a nostro alienum sit, aliquid tamen, quod huc transferri possit, continet. Causas extraordinarias licet olim præ reliquis in audiencis maturari voluerint legislatores, tanta tamen non earum fuit prærogativa, ut ordinariae plane illis postponerentur. Hoc saltim jure utebantur singulari, ut quatuor ipsis, ordinariis duo tantum hebdomadis dies destinati essent. Nonne for-



fan in referendo eadem causarum privilegiatarum ad ordinarias, uti 4: 2. seu 2: 1. observari proportio? nonne v. g. cuilibet Aſſessori duabus in turno suo causis privilegiatis propofitis, unam ex ordinariis referendi, obligatio imponi posset? Ita quidem, fi non perfecta, aliqualis tamen juris quæſiti, quod ordinariis æque ac privilegiatis causis ad decisionem cōpetit, negle-ctui medela pararetur, neque tamen posteriorum multo deterior fieret conditio.

§. XXXVIII.

Quod deinde ad ipsas privilegiatas causas attinet, quid circa illas in nova legiſtatione attendendum eſſe, miliſ videatur, paucis exponam. Primo de emendatione veterum legum vi-dendum. Satis aperte voluntas legislatorum, arbitrary omnia, quantum fieri poteſt, in posterum tollendi, normamque ordinis causarum in referendo constantem & certam ſtabiliendi ex Plac. Imp. nov. appetat. Supra monui, causas ma-gni momenti (*hochwichtige, daran merklich und viel gelegen*) pri-vilegio fuſſe donatas, iſpumque Placitum Imp. nov. §. 1. po-ſteriores ſub privilegiatis comprehendendi declarat *a)*. Cum vero, quidnam cauſæ momentum efficiat, nullibi determinetur, judi-cantium id unice arbitrio relictum eſſet. In posterum itaque ut certa omnia, quantum id fieri poteſt, reddantur, diſtincte, quænam cauſæ illæ arduæ ſint, exprimendum, titulusque ille generalis, *der hochwichtigen Sachen*, proſus omittendus videtur. Deinde, an omnes cauſæ privilegium, quod in legibus jam ha-bent, actu mereantur? examinandum erit. De qua re infra, cum ad fundamentorum expositionem, que forſan in causarum privilegiis ponenda eſſent, pervenero, diſſeram.

a) Plac.

a) Plac. Imp. nov. §. 1. „die privilegirten, einschließlich der hochwichtigen nach ihrer Ordnung.“

§. XXXIX.

Accedo jam ad eas quæstiones, quæ proprie novæ legislationis objectum sunt, examinandas, quænam causæ privilegiatae antiquis de novo addendæ, quo ordine omnes se invicem excipere debeant? Præjudicialis ea est quæstio, utrum causarum privilegiatarum augmentum suadendum, an potius numerus earum minuendus sit? Audire quasi mihi videor vehementissimas Germaniæ civium ad legislatores preces, ne causæ privilegiatae augeantur, ne ordinariis, quarum pleræque sunt appellationis, omnis spes adimatur, ne jure suo, quo quisque gaudet civis, excidant. Verum, primo supra jam proposui remedia, (§. 37.) quibus ordinariæ causæ quodammodo sublevarentur, deinde, dum hic manet judicii Cameralis status, ut omnibus causis decidendis impar sit illud, neque causarum privilegiatarum institutum tolli poterit, cum prorsus indubium sit, non unam æque ac alteram causam judicis efflagitare auxilium. Quodsi igitur institutum illud tolli nequit, justum fane est, ut causæ, quæ a legibus privilegio nondum donatae sunt, idem tamen ex sua natura & conditione merentur, nova lege privilegiatarum classi accenseantur. Ex altera vero parte obsumum, quod ordinariis generatur præjudicium, numerum earum, quantum fieri potest, restringendum esse, satis naturale est, ne exceptio latius forsitan ipsa regula extendatur.

§. XL.

Separandæ itaque & in posterum a privilegiatis causæ summariae, quod diversitas utriusque juris singularis, diversitas

G 3

fun-



fundamentorum, quibus causarum summariarum & privilegiatarum nititur qualitas, postulat. (Vid. supra §. 2. & 3.) Dari quidem communia processus summarii & privilegii in deciden-
do fundamenta licet concedam, multas tamen causas esse, quæ
licet summarie tractari debeant, privilegium tamen non me-
rentur, æque indubium est.

Taceo, legislatores, si omnes causas summarias pro privili-
egiatis essent declaraturi, finem suum certam stabiliendi nor-
mam non obtenturos esse, cum certa causarum summariarum
consignatio, quæ non Dd. sed legum auctoritate nitatur, adhuc
desideretur ipsa. Latissimus ita advocatis & Procuratoribus ad li-
tes aperiretur campus, singuli pro causæ suæ summaria qual-
itate vel legum vel Dd. auxilio certarent, quævisque causa ju-
dicialem requireret cognitionem, an sit summaria, nec ne?

§. XLI.

Quænam igitur fundamenta sint, quæ aliquando heic for-
san ponenda essent, jam indicabo. Illud moneo, ea, quæ hic
sum prolatus, non prolixam totius materiæ tractationem, sed
sciographiam quasi quandam esse. Quæ qui non cogitat, ei
forte multa non satis accurate posita esse videbuntur. Funda-
menta causarum privilegiatarum non tam nova stabiliendi, quam
ea, quæ in legibus jam continentur, vel paulo accuratius de-
terminandi, vel causas, speciatim in legibus non nominatas,
ob paritatem rationis reliquæ adjiciendi mihi animus fuit.

Deinde, ne hic inter privilegiatas causarum extrajudicia-
lium, sabbathinarum, & earum, quæ *Bescheid - Tisch - Sachen*
vocantur, mentionem faciam, iisdem, quas supra allegavi, ra-
tioni-

tionibus commoveor, cum hoc causarum genus a reliquis ratione temporis prorsus sit sejunctum, idemque discrimin in Plac. Imp. nov. de novo stabilitum videatur. a)

a) §. 20. — „welchen nach bei önem jeden Senat nebst den definitivis „, auch die zu solchem gehörige extrajudicialia, interlocutoriae & fab- „, bathinae auf die bereits bestimmte Tage und Zeit vorzunehmen „wären.“

§. XLII.

Primum itaque fundamentum sit salus publica. Neque hic eum vocis sensum generalem intelligo, quo omnium cum legum, reliquorumque, quæ ad reip. administrationem pertinent, tum quorumvis etiam, quæ dantur, causarum privilegiorum rationem continet. Sed eas causas huc referendas esse puto, quarum dilatio non uni solum civi, sed vel toti imperio & reip. vel certe universo Imperii territorio, insignique civium ejusdem parti detrimentum minatur. Illius enim in quavis rep. bene constituta primario ratio habetur, ex quo tota civitas vel commodum sperat, vel incommodum metuit. Varias supra causas exposui ex hoc fundamento inter privilegiatas jam relatas: causas nimirum fiscales in genere, specialium constitutionum, civium cum dominis territorialibus. Sicuti in his omnibus, cum aut de jure Cœsari & Imperio debito persequendo, aut de conservanda tranquillitate publica agatur, vere salutis publicæ interest, ita ob eandem rationem his adjungendas esse puto causas:

1) in quibus Status Imp. facta perpetrarunt, paci publicæ turbationem minantia: veluti

e) si

*α) si jus suum facti via persecuti sunt, quo pertinent
a) arresta, inter speciales constitutiones nominativum privi-
legio nondum donata. b) repressalia, quibus utentes manda-
tis de desistendo ab illicitis repressaliis coercentur.*

*β) aut vi prosequi jus suum volunt, periculoque armorum
imminente pars arma metuens mandata de non offendendo, de
abducendo milite &c. impetravit.*

*2) civium cum magistratibus suis in civitatibus Imp. lites,
quarum eadem, quæ litium dominorum territorialium cum sub-
ditis suis, ratio.*

*3) cum nulla re magis, quam commerciis crescant respubli-
cæ, causas, quæ ad illa pertinent, speciali favore dignas esse
puto, veluti a) querelas de violatis legibus publicis, quæ pro-
movendis commerciis inserviunt, speciatim de erectione novo-
rum vectigalium, veterum augmento, impedimentis liberæ in
fluminibus navigationis, quæ Cap. Cæf. Art. VIII. prohibet,
b) causas mercantiles, si forte privilegia de non appellando, ob-
damnum ex protractione earum metuendum, a quibusdam Sta-
tibus impetrata eas ad Cameram devolvi non impedian.*

*4) concursus denique creditorum eo magis puto acceleran-
dos, cum multi sint, quorum simil intereft, multis similem pa-
riat ruinam dilatio, fides publica ideoque & commercia dilabam-
tur, insignes itaque effectus ex dilatione earum in universam
reducent rempublicam.*

§. XLIII.

Secundum causarum privilegiatarum fundamentum, peri-
culum nempe in mora, accuratius determinandum videtur. Nul-
la enim lex exprimit, quomodo jactura illa, quæ, quia me-
tui-

titur, causæ accelerationem suadet, comparata esse debeat. Certum est, non quemlibet metum diminutionis patrimonii, vel incommodi cujusdam per accidens forsan orituri, rationem sati fundatam præferendi causam continere: ita enim omnes fere causæ privilegiatae essent, cum nemo fere jus suum in judicio persequeatur, cui ex protractione decisionis incommodum non sit metuendum. Itaque tum demum mihi verum adesse in mora periculum videtur, si causa ita comparata est, ut actio instituta, nisi celeriter impetrato judicis auxilio, inutilis foret. Exempla rem illustrabunt. Accedit nempe illud 1) cum actio instituta ita in persona vel auctoris vel rei fundatur, ut extincto alterutro, ulterior persecutio prorsus inutilis sit. Ejus generis sunt omnes actiones mere personales, quæ in bonis non sunt, nec ad heredes transeunt. 2) Si actio ad vitam ejus, qui ad judiciale configuit auctoritatem, conservandam tendit: hæc ratio, quod a) alimenta jam privilegio donata sint. Cum impuberum ex SCto Carboniano, & mulierum ventris nomine in Bb. possessionem missiones, actiones ad consequendas mercedes & salario, certe si actores tales sint, qui, unde vivant, aliunde non habent, eodem fine instituantur, facile patet, has quoque privilegium in decidendo mereri. Eadem prærogativa b) causis nullitatum in criminalibus concedenda, cum poena aut vita aut corporis inquisito subeunda sit, nisi Cameræ auxilio avertatur. 3) si objecrum actionis species quedam est, mox peritura. 4) generaliter, quoties impedimenta adsunt, quo minus auctor, nisi judex celeriter de causa cognoscat, id, quod in libello petiti, consequamplius possit, ergo frustra prorsus judicis auxilium imploraverit: quod v. g. in cautione damni infecti, in mandatis de arrestandis vel rebus vel personis petitis &c. accidit. Ceterum, omnes eas

H

cir-



circumstantias, quæ tale impedimentum afferre possunt, in antecellsum determinare, ultra vires positum esse arbitror: si igitur in ulla re, in hac certe nunquam arbitrium judicantium excludi poterit. Justum vero est, ut ejusmodi causis prærogativa præ reliquis concedatur, cum alias ii, quorum interest, jure suo, quod ad judiciale decisionem ipfis, qua civibus, competit, prorsus exciderent: reliquis, licet forsitan incommode ex protractione sentiant, spes nihilominus suum aliquando consequendi, supersit.

§. XLIV.

Ut *tertio* causæ recurrentes omnes in numerum causarum privilegiatarum cooptentur, prærogativa causa talis recurrentis, vel ex astate, vel ex privilegio oriunda fuadet, que cum semel jam judicantes, ut de causa cognoscerent, commoverit, effectu sane destitueretur, nisi nova quoque, quæ causæ novam moram injicit, ante reliquias causas decideretur quæstio. Mihi itaque non extantum hoc referendæ cause videntur, cum post latam definitivam in executione, ob petitam declarationem sententiæ, restitutioinem in integrum &c. nova finis causæ impedimenta oriuntur, sed tum quoque, si saltim interlocutoria definitivæ vim habens latâ fuit: cum hæ causæ recurrentes, si rem accurate definire velis, revera non tamquam novæ, sed continuationes saltim veterum considerandæ sint. Cui etiam illud accedit, quod cum magnam in causis recurrentibus omnium, qui olim relationi interfuerunt, Assessorum præsentia præstet utilitatem, hujus vero necessitatem gravibus ducti rationibus legislatores in Plac. Imp. nov. §. 10. sustulerint, eo sit allaborandum, ut hoc modo incommodo illi subveniatur. Ita enim sperare licet, si stabiles senatus ex voluntate legislatorum constituti erunt, paucos ex iis, qui olim interfuerunt, jam cum de novo causa ventilatur, absentes fore Assessores.

§. XLV.

§. XLV.

Quartum denique causarum privilegiatarum genus illæ constituent, quas natura processus instituti privilegio dignas reddit. Quo pertinent 1) quævis remedia possessoria. Quæ ad recuperandam possessionem tendunt, actiones spolii, de retinenda possessione, litigia inter immediatos privilegium jam habent: quod ad qualiacunque, quæ tam ad retinendam, quam adipiscendam possessionem comparata sunt, remedia extendendum mihi videtur. Suadet utrumque insignis ille, quo in legibus possessores utuntur, favor. Summum possessionis commodum, quo possidens excideret, nondum possidens nunquam frui posset, nisi causæ hæ possessoriae citius, quam quidem ætas earum postularet, deciderentur. 2) debita clausulis executivis munita, præsertim *cambia*, quæ processu executivo locum faciunt, atque eo secundum leges utuntur favore, ut promissimam creditor sperare possit satisfactionem. Cessaret prorsus hoc jus singulare, atque inutile redderetur, nisi debitum, clausulis executivis munitis, privilegium in decidendo assignaretur. 3) patet ex iis, que hactenus enarravi, causarum privilegiatarum fundamentis, plerasque ita comparatas esse, ut processum mandatorum S. C. admittant. Utrum vero omnia mandata S. C., licet nulla ex causis expositis adsit, privilegio donanda sint, queritur? Mihi quidem, considerata legislatione, cum a præcepto judicem inchoare volunt legislatores, celerrime imploranti subvenire voluisse videntur. Quænam enim quæsio alia, quam hæc, inchoandi a præcepto, ratio esse poterat? Quid igitur naturæ mandatorum S. C. magis convenit, quam ut privilegium in decidendo, de quo veteres leges nihil præcipiunt, nova iis, quam expectamus, *sancio largiatur?* Sed non ne ita magis, quam par est, causarum privilegiatarum augetur

H 2

nu-



numerus, nonne contra regulam supra traditam impingitur? Non existimo, si a) mandata se intra justos contineant limites, nec causæ ordinarium processum requirentes, mandatorum processu tractentur: nec b) partes sponte jurisdictionem prorogant, postfessorio petitorum immiscent: tunc enim cessaret beneficium, quod non nisi mandati processus extraordinarius jure suo postulare potest. Mandata C. C. cum plerumque comparente reo, & exceptiones juris opponente causis ordinariis exæquentur, meliori, quam has, sorte indigna esse existimo.

§. XLVI.

A causis ad personas transeo privilegiatas. Ut 1) personis miserabilibus suum relinquatur privilegium, humanitas suadet. Justum enim est, ut ii, qui fortuna aliis civibus inferiores sunt, prærogativa quædam pares illis quodammodo efficiantur. Verum quæstio, quænam sint personæ miserabiles, nunquam in antecessum prorsus definiri, neque judicis arbitrium excludi posse mihi videtur. Nunquam enim omnes eadem calamitate pressi ideo etiam privilegio nostro digni sunt; cum id semper spectari debeat, utrum in privilegio aliquid sit, ex quo solatium petere possint? Pone v. g. viduam, defensore rerum suarum non destitutam, inopia nullo modo laborantem, quid quæso celerior ejus, quod in judicio versatur, juris restitutio ei solaminis afferet? Si itaque toti personarum ordines privilegio non sunt donandi, in singulis casibus arbitrium judicis interponendum est. Ubi forsitan inepte hæ regulæ ponerentur: 1) si objectum litis immediate ad calamitatem litigantium sublevandam pertinet, tum sine dubio privilegio digni sunt: ergo v. g. pauperum causæ, si de bonis sibi restituendis certant, oppressorum, si de vi sibi illata queruntur, jure privilegiatae erunt. 2) si actio instituta non directe ad malum,

quo

quo personæ hæ premuntur, tollendum tendit, tum videndum, utrum nihilominus solatium ex celeriori causæ suæ decisione expectare possint? Num hæc v. g. viduarum, pupillorum, corporis vel animi vitio laborantium, calamitatem quodammodo minuat?

2) Personarum Cameralium privilegium æquitate nititur. Injustum enim esset, eos, qui laboribus suis conservationi judicii inserviunt, hoc laboris fructu privare. Cui & illud accedit, quod judicij ipsius multis modis interfit, ut, quæ inter personas camerales versantur lites, celeriter ad finem perducantur.

Nonne vero qualescumque Statuum Imp. lites inter se, etiam si causa alio privilegii fundamento destituta sit, indistincte mediatorum causis præferendæ erunt? nonne id dignitas, nonne magnum litium momentum postulat? Patet ex antecedentibus, maximaam causarum, quæ ad immediatos pertinent, partem, a me inter privilegiatas relatam esse: neque aliæ sere supererunt, quam quæ per modum appellationis ab Austrægis, aut ob continentiam vel connexitatem cause ad Cameram devolvuntur. His quoque ut indistincte privilegium concedatur, summos Germaniæ principes vix puto esse postulaturos, cum Imperii judicia, æque ac suo, subditorum solatio constituta sint, immo his proprie onus Cameram sustentandi incumbat, sola igitur Status Imp. qualitas, nisi aliud adsit fundamentum, causæ prærogativam non fundabit.

§. XLVII.

Jam paucissimis, quid mihi de classificatione causarum privilegiatarum videatur, adjiciam. Licet utilitatem Classificationis agnoscam, rei tamen natura haud patitur, ut norma prorsus immutabilis stabiatur, ita, ut hanc nunquam infringere, nunquam v. g. classis secundæ causam, dum causa ex prima supersit, decidere licet. Cum enim regulæ generales ab eo, quod plenum:

rumque fit, abstrahantur, fieri tamen per modum exceptionis potest, ut in concreto secundæ magis, quam primæ classis causa ardua sit: quod in componenda regula prævidere non licuit. Neque etiam hoc legislatorum voluntati adversatur, cum admittendas quidem esse, postulante necessitate, ordinis cum personarum, tum caufarum (ergo & classificationis, quam lex futura stabiliet,) exceptiones, non tamen nisi cognita prius a præsidio & reliquis senatus membris causa, declaraverint. a)

a) Plac. Imp. nov. §. 2. „wenn etwa eine dringende Ursache, oder an- „deren erheblicher in der C. G. O. P. I. Tit. X. §. 8. bemerkter Bewe- „gungs- Grund angegeben werden sollte, warum von dem ordine cau- „farum, und jenem personarum in einem einzelnen Fall abzugehen wäre, „so soll solches, und ob der Beifizer aus angezeigten Ursachen zuzu- „lassen, zu dem Ermeß des Cammer- Richters, oder dessen Stelle „bei dem Senat vertretenden Praefidii, und der andern Beifizer des „Senats nach der Mehrheit dessen, und der Beifizer stehen, als wo- „hin besagter §. O. C. P. I. Tit. 10. zu erklären wäre.“

§. XLVIII.

Duplici quidem classificatio illa perfici posset modo, si aut tot classes, quot sunt caufarum species, constituantur, aut plures species sub unum redigantur genus, singulaque genera separatam classem efficiunt: ex quibus posterior magis placet, cum partim prior vagus, partim plures caufarum species sub unum genus redigi posse mihi videantur. Difficile vero erit, certum aliquem & constantem ordinem statuere. Cum in causa qualibet tam multæ partes sint, & variae illæ, quæ spectari debent, aper- tum est, sœpiissime fieri, ut, si ea cum alia quadam caufa compa- retur, ob hanc partem gravior, ob aliam levior videri debeat. Specimen itaque Classificationis adjungere fere non audeo, cum exceptione majus illud fore, prorsus desperem. Generatim sal- tem

tem hoc mihi annotare liceat, forsan non inepte V. Clases constitui, quarum

Ima causas contineret, ubi salutis publicæ ob conservandam pacem & tranquillitatem vel totius Imp. vel certe singulorum territoriorum & civitatum Imperii interest, quo pertinent causæ fratre pacis, quatenus non de poena, sed restitutione læsi sermo est, Conf. Cap. Art. XX. §. 9. Specialium constitutionum, religionis, lites dominorum territorialium cum subditis seditiosis, &c.

II. causas contineret, ubi privatorum vitæ periculum imminet, velut nullitatum in criminalibus, alimentorum & quæ eorum rationem habent.

III. reliquas causas, quæ cum salute publica, non vero ita, ut primæ classis causæ, conjunctæ sunt, velut causas fiscales, ad publica commercia spectantes, conturbationes & concursus creditorum, lites dominorum territorialium cum subditis non seditiosis.

IV. causas, ubi privatorum saltim interest ob verum in mora periculum, cum sc. ne actio inutilis reddatur, metuendum, ut & personarum miserabilium, quum objectum actionis directe ad sublevandam eorum miseriam spectat.

V. causas reliquarum personarum miserabilium, Camera-
lium, remedia possessoria, processus executivos, & qualiacunque mandata S. C.

Patet exinde, me causas, in quibus urgentissimum periculum imminet, a reliquis, quæ non cum tanto periculo conjunctæ sunt, distinxisse. Prius ad causas duarum priorum classium, posterius ad causas reliquarum classium pertinet, in utroque autem causarum genere salutem publicam, privatorum commodis praetuli.

Cau-

Causas recurrentes ita collocandas esse putarem, ut primo distinguatur inter eas, ubi relatio interrupta, & eas, cum prorsus nova quæstio decidenda est. Priori casu relatio, remotis impedimentis, statim continuanda: posteriori distinguendum, an causa jam decisa, ad quam nova quæstio decidenda pertinet, privilegiata sit, an ordinaria? Si prius, tum causa recurrentis in classem causæ jam decisæ ponenda erit. Si posterius, absolutis omnibus classibus causarum privilegiatarum primum locum ante causas ordinarias occupabit: ergo causæ recurrentes ordinariæ ultimam quasi causarum privilegiatarum classem constituent.

§. XLIX.

Ceterum inter plures ejusdem classis causas sola ætas ordinarie prærogativam dabit, quæ secundum leges Camerale non ex tempore reproductionis judicialis, sed submissionis æstimanda est. Ordo vero personarum nunquam ordine causarum turbabitur, sed regulariter quilibet Assessor in suo ordine referens erit, inter omnes vero causas, quæ ipsi ad referendum datae sunt, eam feliget, quæ ex arbitrio senatus, qui de decernendo processu cognovit, maximam prærogativam meretur.

§. L.

Hæc sunt, quæ pro ingenii modulo de causis privilegiatis differenda erant. Confido tamen, me facile veniam esse impetratum, quod in altera hujus dissertationis parte brevior multo fuerim, cum non tam, id quod legislatoris est, leges præscribere, quam eas, quæ jam præscriptæ sunt, explicare voluerim.

T A N T U M!

PRAE-



PRÆNOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO AVCTORI
DISSERTATIONIS
DE CAVSIS IN CAMERA PRIVILEGIATIS
S. P. D.
SVAMQUE OPINIONEM PAVCIS EXPROMIT
GODOFR. DANIEL HOFFMANN
PRÆSES.

Differis, PRÆNOBILISSIME DOMINE CANDIDATE, amice dilectissime! differis inquam *de causis* in judicio camerali, inexpugnabili illo iustitiae fulcro & præsidio! ratione ordinis, quo ab ejus Assessoribus præ aliis omnibus cognosci, judicari, ad Senatus referri, inque his vel interlocutoria vel definitiva sententia decidi debent, *privilegiatis*. Et differis quidem de illis doce, ordinate, distincte, modeste, & quod eo magis laudandum, quo minus id alias a se impetrare possunt illi, qui primum scribunt, ita differis, ut ne latum quidem unguem ab argumento Tuo discesseris, nec ad alia, etiam non adeo remota, digressus fueris. Potuisses facile hoc illucve & divagari & pro solida, quam TIBI *Tubingæ, Gættingæ & Wezloriæ* parasti, eruditione & cognitione, plures scriptores allegare, pluraque acta publica cu-

mulare, sed soli T V O fidus mansisti argumento, cuius tractatio comitia porro quoque occupabit, nova legislatione omnino quidem indigo, at ne hac quidem sic facile determinando, ut non præcipuum semper hac in re momentum ferat ARBITRIVM referentis, senatus, judicis, quibus hoc certe, si alias nullum unquam privilegium, quam maxime obnoxium & denuo subjiciendum erit. Unde forsan ii quoque illustrando huic argumento nondum fecere satis, qui alias de processu camerali, intimisque ejus visceribus optime meriti fuerunt. Nolle equidem, si dicendum, quod res est, caufarum T VARVM numerum augeri, ampliari. Alias enim ipsis quoque privilegiatis causis facile impar esse posset auctus quoque assessorum numerus. Deinde caufarum potius, quam personarum, rationem ego quidem haberem, & illis potius, quam his, privilegium hoc, si quod est, vel beneficium ordinis in referendo, tribuendum esse putarem.

Cum tamen in Concepto Ordinationis Cameralis P. I. tit. XII.
§. 3. & miserabiles primo, secundo *pupilli*, & tertio *captivi* occur-
rant. Illas, personas miserabiles, nihil prorsus juvare potest *lex*
unica Codicis, quando imperator inter pupilos, & viduas, vel
miserabiles personas cognoscit, & ne exhibeantur. *Mediatis* nam-
que omnibus gravissime obstat territoriale jus de non evocando,
nullibi sic limitatum. Quodsi enim hoc jus non obstaret, hodie
adeo firmum & testatum, certe nec privilegium de non appellan-
do illimitatum mediatos miserabiles a Camera arceret, quod ta-
men nemo dixerit. *Immediatae* autem vix aliud primum habent
forum, quam rarissimum illud austregale, eis pro re nata quan-
doque utilius, commodiusque. Et quis omnes pupilos, viduas,

vir-

virgines, illustres præsertim, consiliariis gaudentes, & tutoribus
 Arg. O. C. P. II. tit. 1. §. 2. & Placiti Imp. de die 16 Sept. 1755.
 §. 10. 11. curatoribusve facile tuendas protegendasque, miserabilium personarum nomine comprehendet & ab Austregis ideo saltem eximet! Conf. GOTTL. VNGLEICH *Disp. de jurisdictione supremorum Imperii tribunalium ex all. L. un. Moguntiae 1769.* Aut denique personæ miserabiles eadem illæ sunt, quæ ibidem, ceu „*beschwehrte und betriübte Leute*,“ ulterius hoc privilegio donantur, aut certe classis illarum nimis augeretur, nova janua arbitrio aperiretur & vel omnibus litigantibus gravatis plerisque & contristatis, privilegium illud commune, eoque ipso in Camera inutile fieret.

Captivis quibusvis, periculum in mora, cujus, si non probatio, demonstratio certe ab initio statim & necessaria & facilis erit, ejusve ordinarium jus æque jam prospicit, ut singulari privilegio in eorum gratiam opus esse haud videatur. Erit quidem hoc quoque periculum, & quod judicium æque adtendere, respicere & quatenus ejus fieri poterit avertere debet, *irreparabile* quodvis *damnum*, omnino arbitrandum, nec omnis statim metus terrorve panicus admittendus erit, fictus saepius magis, quam verus & sufficiens, sed vel sola captivitas & vincula, in quibus præter plures necessitatem detinentur, haud rei, periculum moræ satis superque produnt, sicut irreparabilitas imminentis damni facile ex ipsa rei & cause natura intelligi & cognosci poterit. Redundat in periculum illud, quod vocant, in mora privilegium *alimentorum*, quod ad præsentia modo & *futura* restringendum, præteritis magno favore, at ideo tamen hoc præcise privilegio non amplius dignis.

I 2

Cau.

Causis decisis quidem, sed quamvis ob causam recurrentibus, præfertim in executione verlantibus, huicque nunc mandantis, hæc omnino debetur prærogativa, ne aliis, novioribus, interim in medium ejusdem Senatus (§. 12.) propositis, postponantur, hisce impediantur, sicque exoptatum finem suum venunquam vel fero demum consequantur. Natura & indoles rei id cavere postulat. Gaudent præterea eo adhuc jure & prærogativa temporis, qua ipsa caufæ decisio gaudebat. Si non privilegiatae sunt, erunt tamen multis aliis antiquiores, sicque itidem omnino præferenda. Vt ex eadem ratione in audiencij ordo *sententiarum* primus est reliquorum ordinum, 2. *reproductio-*
nis, 3. *novarum*, 4. *terminorum*. Quænam vero illæ, quæ ibidem „mercklich“, dicuntur „und daran viel gelegen,“? An sic omnes caufæ majores & arduæ privilegiatae erunt?

Id quod nec puto, nec optarem. Omitterem potius hanc nimis vagam nimisque generalem thesin. Cum præfertim in Camera raro aut nunquam leves adeo, modicæ & parvæ caufæ occurrant, & in his quoque multum, quandoque hujus vel illius partis interesse queat, & si quidem occurrant, *ordinationibus & compositionibus* magis quam ordinario processu deciderentur. Melius longe novissima lex §. I. posuit „die demselben zugetheilte Sachen, und zwar die privilegirten, einschläffig der hochwichtigsten nach ihrer Ordnung,..“ Pauperes ibi & recte quidem non memorantur. Nec video, cur causa quædam aliis præferenda, ideo, quod alterutra vel & utraque partium pauper sit. Quid si illa modo pauper foret, a qua quid petitur, reus, dives contra petitor, actor? Quid si secundum *Ovidianum* illud *alter egens, alter*

pauper esset. Divitis jus non minus jus est quam pauperis. Nec omnis pauperum caufa ita comparata, ut, quod optandum magis, quam sperandum, paupertatem illorum levet totam, vel secundam vietricis quoque fortunam valde promoteat. Propria culpa pauperes facti eodem jure vix digni. At quis illud arbitrabitur?

Inprimis vero *spolii* privilegium permagna cautione opus habebit & providentia. Non tangam lubricum remediorum ejus in canonico jure fundamentum, cui tamen practici non ædes modo, sed arcis plane inædificarunt. Non dolebo cum B. BOEHMERO in *Exercitatt. ad ff.* Tomo V. num. 91. & in *denen Hällischen Anzeigen* 1735. num. 41. sive in *dem Juridischen Wochenblatt* 1773. num. 9. ubi von dem offensuren Greuel derselben, multis modis depravatum exceptionis spolii usum. Urgebo potius distinctio- nem ejus in *simplex*, privilegio hoc camerali vix dignum, & *qualificatum*, cui eo non opus est, mandatis potius S. C. mox coercendum. De hoc præside *illustri HOMBERGK ZV VACH Marburgi* 1771. IO. IAC. CHRISTIANVS DIETZ quædam differuit, probe advertens non omne, imo ne quidem qualificatum spolium omne, fractionem pacis publicæ dici & haberi posse. Nec tacerem sed ulterius potius excolem egregiam & necessariam spolii omniumque earum aliarum dejectionis cujusdam specierum, quæ spolia quidem videntur, at ideo tamen revera non sunt, nec proin ejus maje vel ullo, quo verum spolium ceteroquin non immerito manetri solet, privilegio, conferi debet. Primas differentiæ hujus lineas duxit HERM. BECKER in *Diss. sistente differentias quasdam inter spolia & alias dejectionis species, Gryphisw.* 1768.

Porro, cui publicus Germaniae regni status, præsertim comitiorum & judiciorum ejus, vel obiter cognitus est: is certe apprime novit insignes istas & invincibiles fere difficultates, quibus omnis normarum generalium, non absolute necessiarum, constitutionis spes hodie fere decollat, non nisi amicibili Imperatoris & statuum, horumque inter se invicem compositione obtinendarum. Per multa sunt, quæ hoc confirmant, quæ generalem quandam normam exoptant & anhelant, juris publici capita, minime tamen vel obtentam, vel in posterum adhuc sperrandam.

Cumulavit eorum insignia quædam exempla *perrillustri*
 IO. STEPH. PÜTTER in eximio programmate, cui observatio
 de normalium juris publici generalium difficultate, *Gatt.* 4,
 1757. ed. Et licet interea novam quandam & generalem legem
 judicariam, fere præter spem, acceperimus, ab eodem hoc viro
perrillustri præfatione donata, nondum tamen Is sententiam
 suam dicto programmate expositam mutavit, sed eandem potius
 novissime ulterius, licet in alterius cujusdam, quam judicarii,
 argumenti gratiam exposuit & firmavit differendo *von dem Wer-*
the richtig bestimmter allgemeinen Grundsätze oder auch Hypothe-
sen in den Gesetzen, und sonderlich in dem Staats-Recht, §. 13.
14. in den Beyträgen zum teutschen Staats- und Fürsten-Recht, §.
1777. f. 8. 9.

Quod si vero generatim difficultates istæ magnæ sunt ac multæ, non nisi paucititia plurium, quorum adeo diversimode interest, conventione tollendæ; quod si ea demum legislatio perfecta, felix ac lœta judicari poterit, quæ succincta & nervosa brevitate,

si

si non omnes, plures certe atque plurimos casus ab ea regundos & decidendos continet: quid a nova in tali quodam argumen-
to legislatione sperandum & exspectandum foret, vix augurari
licet, in quo, si in ullo alio, nucleus ipse arbitrio judicantium
relinquendus & hujus religio nunquam speciali satis norma instrui
potest. Sufficeret hinc faxisse, antiquiores novioribus semper,
hisce autem nonnisi eas in referendo & decidendo præferendas
esse, in quibus vel periculum & metus armorum, vel irreparabi-
le & id quidem grave damnum subversatur, ejus totius senatus
arbitrio relinquendum, ad quem causa a quodam ejus membro
referenda. Agitur hic modo de *ordine* in referendis causis obser-
vando, nec datur quoddam causarum privilegium, jure commu-
ni hoc trahendum, unde eo fere contenti esse possemus, quod or-
dinatio cameralis jam tribuit nonnullis, optime ubique *die älteste und gesreyte Sachen* aliis præferre jubens. Nimirum se hic disfun-
dere videtur ejus, quod vocant, *conceptum*.

Quascunque etiam classes distinguamus, & eis singulas *nomine & numero* subordinemus causas, semper tamen, maxima licet illud fa-
ctum fuerit cura & accuratione, supererunt & novæ quotidie occur-
rent, orientur & excogitabuntur, eodem privilegio & favore dignæ
visæ referenti, sollicitationis pertæso, eamque senatus suo commen-
danti, cuius arbitrio hæc prælatio semper tamen in fine relinquenda
erit. Id quod prorsus & satis determinari nequit, id generalio-
ri modo thesi & regulæ includendum. Imperfecta nimis, ex ar-
gumenti nimis arbitrii indole, determinatio sæpius nocere ma-
gis, quam prodesse solet. Sufficit terminos quosdam & limites
posuisse, quos ultra citraque nequit confistere rectum, nec *judi-
cias* distribuentis, nec *afforum*, ordine distributionis suas rela-
tie-



tiones elaborantium, nec *senatum* ordinem ætatis, noviores præferendo, turbantium arbitrium tranfilire & transgredi nequeat, licet intra illos, inque eorum medio magnus adhuc superfit campus, in quo luxuriari ordinemque causarum exagitare queant illi, quibus hæc vel illa aliis prælatione dignior videtur.

Hos vero ipsos limites & terminos, TVIS, abs TE, PRÆNOBILISSIME atque DOCTISSIME DOMINE AVCTOR! magna cura & accurate satis distinctas classes continere nullus plane dubito. Poterunt hæc omnino sufficere inque eis nova legislatio adquiescere a tot tantisque viris præparanda & exascianda, quibus fatus Germaniæ judiciaria tuto atque secure committitur. Nostri, unum eorum, longe gravissimum, meam quoque sententiam rogasse, quæ non alia esse poterat, quam hac ipsa erudita & judiciofa TVA commentatione exposita, in qua proin nunc quoque subsistit, & quam æque ac supremos in jure honores, TIBI in ipso jubilæi universitatis nostræ EBERHARDINÆ CAROLINÆ festo fæculari sollemniter conferendos, animitus TIBI gratulor, meque TVÆ amicitiæ æque ac venerandi & gravissimi PARENTIS TVI, singularis mei & fautoris & adfinis longe colendissimi, favori in posterum commendando quam enixissime. Sic vero vale & res TVAS semper feliciter, quod auguror, age! Scribebam
Tubingæ Kal. OCT. MDCCLXXVII.



ULB Halle
005 881 684


3



VD18







*DE
CAVSIS PRIVILEGIATIS
AD
§ 3. Placiti Imperii d. d. 23. Oct. 1775. (quod Imperator
d. 16. Dec. ratum habuit)*

1775.

SVB AVSPICIIS DIVINIS
RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINO CAROLINÆ
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC CLEMENTISSIMO DOMINO
DOMINO
CAROLO
DVCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE REGNANTE REL.
184
15

*INCLVTI ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRÆSIDE
VIRO PERILLVSTRI ATQVE MAGNIFICO
DOMINO
GODOFR. DANIEL HOFFMANN
SERENISSIMI DVCIS CONSILIARIO INTIMO
H. T. VNIVERSITATIS PRORECTOR
FAVTORE ATQVE PATRONO ÆTATEM PIE DEVENERANDO
PRO LEGITIME CONSEQVENDIS I. V. DOCTORIS HONORIBVS
DIE SEPT. ANNI VNIVERSITATIS TERTIVM SÆCVLARIS
DISPV TABIT
AVCTOR
EBERHARDVS FRIDERICVS GEORGII
STVTTGARDIANVS
TUBINGÆ ÆRE FVESIANO*

